An de circunstantiis singulis in causis etiam odiosis de circonstantiis remotis, an starent vel sederent, an simul vel separatim, an tempore nebularum, de vestibus si à parte fuerit astrictus, ne testificetur, Monticell. ibid. tit. qual. de circonst.

Debent interrogari super circonstantiis facti, si sint substantiales: super loco & tempore, super qualitate temporis, an serenum, vel nubilosum. Farin. de testib. quæst. 73. n. 26. & seqq.

Super facto & non super visu, Monticell. tract. de testib. tit. depon. qual. test. debeant.

Testis suspectus de circonstantiis etiam non substantialibus interrogatur. Schenc. tract. de testib. num. 103. Farin. loc. citat. n. 53.

Super tota causa, Montic. ibid.

De rebus sensatis, Monticell. ibid. tit. impug. test. quia depos. super rebus sensat.

Testis potest petere à iudice super quibus articulis velit interrogari. Sol. in nouas. tit. de prob. num. 2. glos. 3.

Debet interrogari super interrogatoriis & super eo quo productus est, Monticell. tract. de testib. tit. quomo. & qualit. testes circ. vel extr. Farin. de testib. quæst. 73. n. 1. cum seqq.

Non autem super articulis non deductis super quibus non iurauit. Sol. in nouas, tit. de temp. quo deb. Glos. 3. n.

de testib. tit. de form. in test exam. n.177. Marc.lib.2. quæst.376.

Testis quibus verbis deponere debeat, & an in scriptis, vel viua voce.

SECTIO XXVII.

TESTIS quomodo deponere debeat vt dicatur necessariò concludere. Castrens.cons.42.lib.2. n.12. Chass. consil. 12. n.16. Rebuff. in tract.nominat quæst. 11.num.6. & qualis debeant esse depositiones testium, Guid.Pap.con.62.n.3.

Dictum testis censetur esse pertinens si quouis modo trahi posit ad articulum, Mandel.cons.35.n.5.

Testis impropriè, infinitè, alternatiuè, generaliter, vel cum dictione taxatiua loquens an probet, Montic. tractat. de testib.tit.quib.de causis reprob. testis.

Testis deponens per verbum iuris an probet, Marant.cons.111.n.30.vid. Sect.27.& 29.

Testis deponere debet per sensum corporeum non de forma iuris, Ioan.de Amic.cons.44.n.10.

Testis deponens videtur deponere, non solum super eo quod sensu corporis, sed etiam super eo quod ex eius dicto præsumptiuè, & iuris præsumptione sequitur, Iann.de Amic.cons.125.n.5.

Testis pro vtraque parte debet deponere, Bald. in tract.de testibus, n.4.part.1.

Testes qui producuntur vt periti quomodo deponere debeant, Marant.cons.129.n.14.

An cum dictione diminutiua testis deponens probet, Monticel.ibid.Balb. de præscrip.pag.1.n.13.

Quid diffinitiuè respondeat, Monticel. tit. interrog. test. de rei vel verb. deff.

Quod si conditionaliter, & qualificatè debet cum illa conditione acceptari, Montic. tit. impug. potest test. tàm à iudice &c.

Quod si dicat ita solebam facere non probat, Monticell. ibid. tit. quib. de caus. reprob. testimo.

Vt nec si enunciatiuè loquatur, Bald. tract. de testib. in. 2. part. n. 28.

Verborum superfluitas in teste fugienda, Nell. tract. de testibus, num. 139. Monticel. tractat. de testibus, tit. item qui, verbo si, Tynd. tract. de testibus, 3. part. n. 5. & lib. 2. cap. 8. n. 23. Iacob. Butrig. tractat. de testibus, n. 14.

Defectus autem locutionis testimonium non vitiat Schench. tractat. de testibus, n. 89.

Verborum forma in testibus, quando attendenda. Crot. tract. de testibus, n. 25.

Quid si morosè, repentinè, celeriter deponant, vel aliquid impertinens in suis dictis, & depositionibus, admisceant an probent, Monticell. tract. de testibus, tit. item qui verbosè, &c.

Deponens per nomen non per aduerbium an plenè probet, Balb. de præscript. pag. 1. n. 17.

Deponat lingua materna testis, Rebuff. in constit. Gall. tit. de iniquisitor. art. 3. Gl. vnica, num. 22.

Deponat etiam testis per extensum, Farin. tractat. de testibus, quæst. 80. n. 99.

Ideóque si dicat contenta in articulo esse verba, nō probat nisi sufficientem reddat rationem, Farin. ibid. n. 102.

An possit deponere per relationem ad aliam suam aut alterius depositionem, aut ad aliam scripturā, Monticel. tractat. de testibus, tit. testus dictum debet. Quid si per

per verbum nescio, vel non recordor, Farinac.tract.de testibus. quæst.66.num.39.40.41.cum seqq. & quæst. 90. n. 103. & 104. Vergin.de Boccat.tractat. de remiss. cap.9.num.20.Capic. in constit. Sicil.pag.354.num.61. Hieronym.à Laurent.decis.91.nu.5.Franc.de 384.n.8. Gail.obseru.114. lib.1. Menoch. de arb. cas.209.Crot. tractat. de testibus, part.9.n.10.1.2.3.5. Malet. tract. de testibus, cap. 7. num. 68. & 69. Couarr.variar.resolu. lib. 2. cap.n.116.

An & quando testibus, per eundem præmeditatum sermonem deponentibus, credatur, Montic.tract. de testib. tit. impug. test. quan. depo.per eund.præmed. ser. Rebuf. in constit. Gall.tit.de consuet.art.2.glos.3. numero 29. Farin. tractat.de testibus, quæst.65.numero24.cum seqq.Iacob.Butrigar.tractat.de testib. n.16. Ægid.tract.de testibus,n.25.vid.Sect.71.

Nec possunt deponere in scriptis, sed viua voce etiam absentes, Farinac. tract. de testibus, quæst.80. numero 29.30.Crot.tract.de testibus,part.9.n.8.Rom. consil.204.n.6.Auffrer.tract.de testib.n.94.nequidem in criminalibus,Schench.tract.de testib.n.90.

Testium dicta in scriptis redacta faciunt notorium, sicut instrumentum,Bello.cons.22.n.10.

Quare non posint testes deponere in scriptis,vel per nuncium, Bald. tractat.de testibus,part.3. numero.3.

Imò literæ quidem episcoporum probant,nisi quis probare vellet actum extraiudicialem factum in iis quæ spectant ad officium episcopi, vel nisi de excommunicatione agatur, Farin.ibid.n.33.34.35.

Mutus ex accidenti si scribere nouerit, potest dictũ suum in scriptis tradere,Farin.tract. de testibus,quæst. 80.n.39.

Item si testis nec iudice, nec parte contradicentibus

dictum suum in scriptis porrigat, valet, Farin. ibid. numero 40.

Vel si agatur de probanda alicuius fama extraiudicialiter, Farinac. loc. supr. numero 41. valet quoque dictum testis in scriptis si deponat de peritia artis, vt & si factum sit valde implicitum, & inuolutum dummodo depositionem iudici prius perlegerit. Farin. tract. de testibus, q. 80. n. 42. 43. 49.

Item si agatur de probanda ætate filiorum, creditur scripturę parentum factæ tempore natiuitatis. Farinac. vbi sup. nu. 47.

Item coram arbitro cui data est potestas cum partibus procedendi de iure, & de facto, & omni iuris solemnitate omissa, Farin. ib. nu. 52.

Admittitur etiam depositio testis in scriptis, vbi id consuetudo loci admittit, vel cum ita iudici visum est, Farinac. de testibus, quæst. 80. nu. 47. & seq. & nu. 52. 53.

Licet testis in scriptis deponens non plene probet, facit tamen aliquam præsumptionem, Farin. vbi sup. nu. 54.

Chartulæ quas fides appellamus quatuor defectus patiuntur, primo citationis, secundo iuramenti, tertio præsentiæ, quarto quod non viua voce depositum sit, Farinac. tractat. de testibus, quæstion. 80. numero 32.

In criminalibus testes cautè deponere debent de origine fama, & coniecturis, & repræsentare crimen in qualibet eius specie, & quid si deponant super fama publica, & communi opinione, Montic. tracta. de testibus, tit. test. in criminalib. quand. recip.

Qualiter deponendum super homicidio, & an si testis dicat vidisse armatos aduenire, & ex post fa-

cto

cto hominem mortuum an probet, Monticell. tractat. de teſtibus, titul. teſt. ſuper crimine homicidij.

Qualiter deponendum ſuper delicto noctu commiſſo. Cæpol. cautel. 231. Monticell.loc. citato, & de actu nocturno deponens non probat, niſi dicat quod ibi erant duo luminaria, Marant. conſil. 20. numero 2.

Quomodo in aliis actibus teſtes deponere debeant, hoc pertinet ad tractatum de probation. quem poſtea videbis ſi hic non diſpliceat.

Vtrum teſtes de loco, & tempore teneantur deponere & qualiter de iis deponant.

SECTIO XXVIII.

LOCVS, & tempus perfectam probationem augmentant, tamen ipſis detractis non faciunt debiliorem probationem. Tynd.trac.de teſtibus, lib.2.cap. 5.num.39.

Et ideò teſtis non tenetur recordari de tempore, nec vitiatur dictum, ſi non deponit de loco, & menſe, Nell.trac.de teſt.n. 209.

Teſtis tamen non interrogati de loco, & tempore in quæſtione confitentis dictum non valet. Bald.trac. de teſtib.part.3.nu.45.

Déque iis vt & de perſonis conuenire debent, aliàs reprobantur, Nep.à Monte, Alban. tractat. de teſtibus, num.123.

Teſtis quando videatur repetiiſſe locum, & tempus aliàs dictum in dicto ſuo. Bald.tractat.de teſtibus, part.3.nu. 37.

Testimonium dicentis nescire diem, & horam an valeat, Iacob. Butrig. tract. de testibus, tit. qual. except. oppon. testib. nu. 6.

Testis requiri debet de tempore, & de qualitate temporis. Nepos à Monte Alba. tractat. de testibus. num. 124.

Tametsi deponens super aliquo facto si non interrogetur de tempore probat, Crot. tractat. de testib. tit. de form. in test. exam. nu. 139.

Debet autem interrogari de tempore, maximè quando est suspectus, & quid quando dixit se non recordari de tempore. Bald. tract. de testib. part. 3. nu. 41.

Testis quando deposuit potest interrogari an possibile fuisset rem aliter se habere, quod testis ipse ignorasset de tempore, quia si fatetur fuisse possibile, non probat, Malet. tractat. de testibus, cap. 8. nu. 8.

Interrogatus autem de anno, & mense contractus celebrati licet non recordetur, tamen probat, Malet. de testibus, cap. 8. nu. 11.

Nec ideò testi fides minus est adhibenda, quòd diem rei ignorat gestæ, nisi sicubi diei, & horæ scientia esset necessaria, Schench. tractat. de testib. num. 47. Farin. tract. de testib. quæst. 69. nu. 109. 110.

Si enim tempus sit de substantia probationis testes debent expresè deponere de eodem tempore aliàs præsumuntur singulares, Crot. tract. de testibus, titu. de form. in test. exam. num. 138. Farin. vbi sup. num. 319. & 321.

Præstatio diuturna vt operetur debent testes deponere de tempore, Chass. cons. 18. nu. 7.

Nec plenè probat testis, nisi de certo tempore faciat mentionem. Nep. à Mont. Alban. tractat. de testibus, num. 39.

Imò

Imò contà eos præsumuntur si dicant se non recordari de tempore, Mil'et. tractat. de testib. cap. 8. nu. 13.

In criminalibus tamen non tenetur de die deponere testis, Nell. tract. de testib. nu. 209.

Licet de tempore sic. Farinac. de testib. quęst. 64. n. 107. Monticell. tractat. de testib. tit. in criminalib. test. quand. recip.

Recordari de loco melius est, quàm de tempore, Nell. ibid.

Adeò vt interrogatus de loco non respondens non sit admittendus, Nep. à Mont. Alb. tractac. de testibus, num. 125.

Et ideò quā do inquiritur de falso, debet opponi locus admissus falsitatis, secus in notorio, Bald. tract. de testib. part. 2. nu. 19.

Quod si locus & tempus non sunt de substantia negotij de cuius probatione agitur, testes de eo non deponētes probant, etiam si non recordentur de mense, vel anno: secus si sint de substantia negotij, quando agitur de prioritate, & posterioritate actus, secus quando tempus est fundamentum intentionis alicuius, Farin. tractat. de testibus, quæstion. 64. numer. 96. 97 98. Triuis. lib. 2. dec. 49. numero 21. nisi aliunde constaret de tempore, vt puta ex confessione partis, Farin. ibid. numer. 103.

Item si tempus est breue in quo obliuio non est verissimilis testis non deponens de tempore debet puniri, & torqueri tanquam de falso suspectus, secus si antiquum, Farinac. vbi sup. nu. 100. 101.

Item si de eo testis interrogatus, licet non sit de substantia, de eo non respondeat, vel si suspectus, vel verissimilior de tempore, & loco informatus, vel si plures sunt qui dicant se non recordari de loco, & tēpore pręsumuntur suspecti, Farin. ibid. n. 101. 104. 105. 106.

An si testis deponat de alio tempore, quam dicat inquisitio faciat indicium, Montic. tract. de testib. tit. impug. testes rat. loc. & temp.

Testis deponens de tempore satis est quod dubitat, & per verbum videtur deponat, Farin. tract. de testib. quęst. 64. num. 108.

Quod si per dictiones circa, citra, vltra, semper, continuo, plus: quod si dicat præteriisse decem vel viginti annos, quid si obscurè, vel incertè deponat. Montin. suo repert. tit. impug. test. rat. loc. & temp.

Si testes de loco, & tempore non sunt concordes an probent, Castr. consil. 297. lib. 1. num 3.

An testis deponens incertò obscurè, dubitanter, per verba nescio, non recordor, videtur, credo, opinor, ni fallor, iudicio meo, secundum conscientiam: vel per dictiones circa, seu, plus vltrà fidem faciat.

SECTIO XXIX.

VTRVM testis incertò vel obscurè loquens probet, Montic. tract. de testib. tit. impugn. testes quia obscurè, Farin. tract. de testib. quæst. 68. num. 1. & 2. Triuis. libr. 2. dec. 62. num. Nepos à monte Alb. tract. de testib. num. 76. Butrig. tractat. de testib. num. 54.

An saltem in fauorabilibus, Farin. loc. citat. num. 6. & 7. Montic. vbi supr.

Et an obscurè vel incertò loquens comparetur ignoranti, Montic. vbi supr.

Si aliqui testes obscurè alij non obscurè deposuerint

quid iuris Montic. tractat. de testib. tit. Impugn. test. quia obsc. vel ambiguè.

Dubia probatio est inualida nec est probatio nec releuat. Tynd. tra. de testib. part. 4. cap. 7. n. 4. & seqq.

Deponens de tempore incerto & dubio decoctionis non probat, Æmil. part. 3. decis. 278. num. 4.

Non probat etiam qui in sua depositione dixit se dubitare, Crotus tract. de testib. tit. form. in test. exam. num. 120.

Dubia tamen probatio quando est adiuta præsumptione iuris, vel quando quouis intellectu probat intentione producentis vel quādo iudicis interpretatione adiuuari potest admittitur, Farin. tract. de testibus, quæst. 68. num. 40. & seqq.

Quid si per verbum Nescio testis deponat, Farin. vbi supr. num. 13. Montic. tract. de testibus, tit. quid si per verbum nescio.

Vel si testis dicat nescio quare Monticell. vbi supr.

Quid si dicat nihil scio nisi quia vidi Montic. tract. de testib. tit. quid si per verbum nescio.

Quid si per verbum ignoro an testis deponat an probet & quæ sit differentia inter verbum nescio & ignoro, Tynd. tract. de testib. cap. 18. num. 9.

An testis qui deponit per verbum, Non recordor an probet, Montic. loc. citat. Æmil. part. 3. dec. 278. nu. 3. Marc. lib. 1. quæst. 379. Cacher. dec. 99. nu. 42. Farin. tract. de testib. quæst. 68. num. 12. vel econtrà, Mandell. cons. 10 num. 27

Quid si dicat se non recordari de omnibus quę eodem contextu gesta sunt de tempore vel de eo de quo verisimiliter recordari debet, Montic. tract. de testib. tit. quid si per verbum nescio, Cæpoll. cons. 5. num. 8.

Quod si dicat se non recordari de verbis recenter auditis, redditur suspectus, Triuis.libr.2.decis.13.

Testis dicendo se non recordari de contentis in instrumento non reddit instrumentum falsum. Hier. à Laur. dec. 33. num. 11. Ioan. de Amic. consil. 115. num.4.

Testes deponentes contractum emptionis initũ, de precio autem non recordari, an probent in toto vel in nihilo, Rom.consil.91.num.7.

Testimonium non recordationis testimonio scientiæ æquipollet, Tynd.tract.de testib.cap.7.num.12.

Testis semel inductus si super eodem secundo inducatur & dicat non recordari qualiter deposuerit, & aliter deponat, an probet Nell. tract. de testib. num. 198.& 226.

Obliuio in teste est lata culpa, Bald.tra. de testib. 2.part.num.25.

Quid si testis interrogatus de aliqua re, dicat se obliuioni tradidisse propter infirmitatem, iustè allegat, Nell.tract.de testib.num.226.

Et testi qui non recordatur vt deposuit datur, terminus ad clarè respondendum, Malet.tract.de testib.cap. 7.num. 70.

Testis si per verbum videtur deponat an faciat aliqua fidem, Farin.tract.de testib. quæst. 68.num. 25. & seqq. Æmil.part.2. decis.212.num.5. Lail.libr. 2. tit. in quibus caus.aud.test.num. 17. Caual. part. 2. decis.20. Montic. tract. de testib.tit.quid si depon. per verbum Credo. Et tit. quid si depon. per verb. iudicio suo, Tynd. tract. de testib. cap. 5. num. 19. Bart. tract.de testibus, numero, 20. Crot. tractat. de testibus, tit.de forma in test. exam. num. 123. & 206. Mandell. cons.56.num.9. Marant.consil.129.num.7.

An saltem in iis quæ consistunt in intellectu vel memo-

memoria deponere, poſſit teſtis per verbum videtur vel iudicio meo, Tynd.tract.de teſtibus, cap.9.num.4. Et quid ſi coniunctum ſit ſenſui ibid. num. 3. Quid ſi poſtea ſibi contradixit per verbũ aſſertiuũ, Tynd.ibid. cap.5.num.19.Iul.Clarus quæſt.331.§.

Quid ſi per verbum credo, Aret.conſil.64.num.2.& an probet in criminalibus, Marant.conſ.12.n.7.& 8.

Quid ſi teſtis dicat opinor quia vidi, Montic. tract. de teſtibus, tit. quid ſi deponat per verbum Credo, Farin. tract.de teſtibus, quæſt.68.num.27.

Teſtis qui deponit per verbum ni fallor an faciat aliquam probationem, Montic.tract.de teſtib.tit.quid ſi depon. per verbum Credo, Crot.tract. de teſtib. tit. de form.in teſt.exam.num.206. Farin.tract. de teſtib. quæſt.68.num.14.

Quid ſi per verbum ni decipior, Montic. ibid. tit. quid ſi deponat content.

Teſtis qui deponit per verba iudicio meo an probet, Gram.deciſ.73.n.28.Triuiſ.lib.2.deciſ.49.num.12. & 33.Æmil.part.3. deciſ.264.num.3.Afflict.deciſ.381. n. 7.Farin. tract. de teſtibus quæſt. 68. num. 32. & ſeqq. Montic.tract.de teſtibus, tit.quid ſi depon.iudicio ſuo, Crot. tract.de teſtib.tit.form.in teſt.exam. num. 122. cum ſeqq. Aret.conſ.64.nu. 1.Marant.conſ.64.nu.13. Cæpoll.conſ.60.num.3.

Teſtes deponentes iudicio ſuo non probant nec neceſſariò concludunt, quia magis iudicare eſt, quam teſtificari, Ioan.de Amic.conſ.45.num.15.

Quid ſi dicant ſi benè memini, Farin. tract. de teſt. quæſt.98.num.11.

Vel ſalua veritate, Farin. ibid. num. 17. Montic. tract. de teſtibus, tit. quid ſi deponant per verbum, Credo.

Vel ſecundum conſcientiam, Farin. vbi ſupr. nu. 35. Crot. tractat. de teſtib. tit. form. in teſtium exam. num. 124.

Quid ſi dicat quod res potuiſſet aliter fieri, Montic. ibid.

Teſtis ſi deponat per dictionem circa, circiter an faciat fidem, Æmil. part. 3. deciſ. 247. num. 11. & 20. Farin. trac. de teſtib. quæſt. 68. num. 20. & 21. Et quid ſi tempus ſit de ſubſtantia, Marant. conſil. 129. num. 8.

Quid ſi per dictionem vel, Æmil. ibid. Farin. loc. citat. n. 18. & 19.

Vel per dictionem ſeu, Æmil. ibid.

Quid ſi per verba plus & vltra, Farin. trac. de teſtib. quæſt. 68. n. 22. & ſeqq.

Teſtes veriſimiliora vel iuri conformia deponentes quando præferendi ſint vid. Crot. 75.

Item deponentes affirmatiuè vel negatiuè, cum vel ſine ratione, pro inſtrumento vel contra inſtrumentum, item deponentes in ſpecie deponentibus in genere, vide Sect. 75.

Teſtis qui ſe ingerit, item qui verboſè præmeditatè vel eodem ſermone deponit, quique impoſſibilia vel incredibilia deponit an ſuſpectus dicatur, vide Sect. 71.

An quis pro ſe ipſo, vel in propria cauſa teſtis eſſe poſſit.

SECTIO XXX.

TEſtis in cauſa propria diuerſimodè conſideratur, Aufrer. tract. de teſt. n. 92. Malet. tractat. de teſtib. cap. 21. nu. 60.

Nemo

Nemo poteſt eſſe teſtis in propria cauſa. Aufrer. 16.nu.84.Nep. à Mont.Alban.tract.de teſtib.num.49. AEgid. tractat. de teſtib. num. 12. Angel. tractat. de teſtib. tit. An frater. num. 7. Farin. tractat. de teſtib. quæſt. 60. num. 2. Monticellus tract.de teſtib. tit. pro ſe ipſo.Iacob.Butrig.tractat.de teſtib.nu. 23. Franciſc. Aret.conſ.142.nu.22.Guid.Pap.conſ.74.num.15.Rom. conſ.82.n.2. Bello.conſ.14.n.6.Ioan.de Amicis conſil. 21.6.8.Schench.tractat.de teſtib.n.104.& n.36.

Etiam ſi ſit clericus,Farin.ibid.num.13.

Licet Rex aut princeps,Farin.ibid.n. 15.Monticell. loco ſupr.

Neque qui ſentit, aut ſperat commodum, vel intereſſe in cauſa, Montic. ibid. Farinac. ibid. num. 16. 17. Bello.conſ. 63.n.13.

Neque qui tractat. de ſe exonerando, Malet. tract. de teſtib.cap.4.num.15. Curt. tract.de teſtib. num. 81. Farin.de teſtib.quæſt.60.num. 18. Monticell. tract. de teſtib. tit. impug. teſt. qui trac. Port. conſ. 96. nume. 10.

Creditur tamen illi in eo quod non reſpicit eius exoneramen, Montic.ibid.

Nec probat in rebus in quibus habet affectionem, ſiue in ciuilibus ſiue in criminalibus, nec ſi ſit magis affectus vni, nec ſi animoſus deponat, nec ſi ſit maritus, nec ſi ſimilem habeat cauſam vt inde intereſſe ſibi poſſit aduenire, nec ſi ſit eiuſdem cauſæ, Farinac. num. 24. cum ſeqq. Port. conſ. 199. num. 5. Nepos à Mont. Alban. tractat. de teſtib. numer. 156. Malet. tractat. de teſtib. cap. 4. n. 10. Iacob. Butrigar. tract. de teſtib.nu. 61.

Nec probat ſi ex illo dicto poteſt illi adſcribi laus, vel vituperium, Monticell. tractat. de teſtib. tit. impug. quia habet affectum ad cauſam, Marant. conſ.

111. nu.22.& conſ.50.n.3. Ioan. de Amic.conſ.137.nu. 23.Bellon.conſ.57.n.14.

Si tamen habens intereſſe in cauſa proteſtetur, & denunciet ſuum intereſſe, vel ſi ſit multùm fide dignus, aut ſi aliter veritas haberi non poteſt, vel ſi ſunt teſtes inſtrumentarij admittentur ad teſtificandum, Farin.tract.de teſtib.quæſt.51.60.cum ſeqq.

Magis tamen creditur deponentibus de geſtis à ſe. Gozad.conſ.13.n.66.

An in re propria poſſit eſſe teſtis pro habentibus intereſſe, vel ſi ſecundario tantum deponat pro ſe, aut in contractu ſuper re in qua ius habet, vel in fauorem alterius, aut in re communi. Monticell.tract.de teſtib.tit.pro ſe ipſo.

Quid ſi vnus ex corrixantibus dicat homicidium commiſſum à corrixante non à ſe. Farinac. loc. citat. nu.19.20.

Particeps eius cauſæ à teſtimonio repellitur. Butrig.tract.de teſtib.n.61.

Vel conſimilem cauſam habẽtis, Franciſ.Aret.conſ. 82.

Teſtis in alienatione rei ſuæ, vel ſibi obligatæ an ſibi præiudicet, & quid ſi ſe ſubſcripſit, Nell. tractat. de teſtib.num.188.

Adhærentes in cauſa an poſſint eſſe teſtes pro illis quibus adhæſerunt. Aufrer.tract.de teſtib.n.6.Malet.tract.de teſtib.cap.4.n.51.

An deſcriptus in inſtrumento ſibi præiudicet, ratione contentorum in eo: An in contractu ſuper re ſua, vel iure ſibi competente, An contra ſe probet ſi teſtificetur contra teſtamentum in quo eſt nominatus legatarius, an perdat priuilegia ciuitatis ſiue ſi contra ciuem deponat. Montic.tract.de teſtib. titul. teſt. an & quatenus. An

An teſtes vniuerſitatis probent, vide Sectio.1.verb. vniuerſitas.

Dicto teſtis extraiudiciali quanta fides debeatur.

SECTIO XXXI.

TESTIS DICTVM non probat ſi examinētur extraiudicialiter. Bello.conſ.14.n.10.

Dictum teſtis ſine iuramento extra iudicium an habeat vim confeſſionis extraiudicialis quantum ad teſtem. Tynd. tractat. de teſtibus, lib. 2. cap. 7. num. 1.11.

An in criminalibus. Tynd.ibid.cap.8.num.3.& cap. 13.num.1.

An huiuſmodi dicto ſtandum ſit. Tynd.ibid.cap.3. num.1.& cap.2.nu.8.

Quid ſi proponatur in eo iuramentum interueniſſe. Tynd.cap.4.n.1.Monticell.tit.impug. teſt. quia nullit. examin.

Teſtis dictum extra iudicium an poſſit obeſſe Tynd.lib. 2.cap.2.n.1.& cap.1.n.13.

Excuſat actorem à calumnia, Tynd.ibid.c.10.n.6.

Præſumitur verum ſi factum eſt cum debitis ſolemnitatibus, Tynd.ibid.cap.10.nu.24.

Vt validetur quid requirat. Tynd.ibid.n.3.

Depoſitio teſtis extra iudicium & in iudicio inualido an æquiparentur. Tyndarus tract. de teſtibus, cap. 1. num. 9. Monticell. tract. de teſtib. tit. impug. teſt. quia null. exam. Farin. trac. de teſtibus, quæſt. 8. num. 118.

Depoſitio teſtis fienda in cauſis alienis non valet,

nisi iudicialiter fiat, Tynd.ibid.cap.5.n.2.

Imò si deficiat forma iudicij nomen testimonij non meretur, Tynd.ibid.cap.3.nu.1.

Suspectus de testium variatione faciat eos primo confiteri coram testibus extra iudicium cum iuramento, Tynd.cap.2.nu.6.

Testis qui attestatus extra iudicium, se falsum deposuisse in iudicio illius dicto non praeiudicat, Malet.trac. de testibus, cap.9.nu.9.

Testis professus vnum extra iudicium, cum verisimilibus an cogatur post modum in eodem dicto in iudicio perseuerare, Tynd.tract.de testibus, lib.2.cap. 8.num.1.

Confessioni testis extra iudicium qua verisimilia concurrunt, statur contra testem, vt ab ea recedere in iudicio non possit, cum de falso puniatur, Tynd.tract. de testib.cap.7.nu. 15.

Testi ducenti vnum in iudicio, & aliud extra, diminuitur de fide, si sententia esset ferenda, secus si lata fuerit quia tunc detraheret de fide, quinimo non videretur absque tortura quando esset sententia ferenda, Crot. tract. de testibus, tit. de form. in test. exam. num.112.

Plura de contrarietate & vacillatione testium vid. sectio.72. item an testis possit corrigere dictum suum vid. 78.

Ratio dicti testis qualis esse debeat.

SECTIO XXXII.

RATIO dicti testis debet esse eadem cum dicto, aliàs non probat, Marant.cons.69.nu.7.

Debet

Debet procedere plena,& ſimplici via non per difficultates intellectus. Bald. tract. de teſtib. part. 4. n.10.

Debet eſſe concludens. Nell.tract. de teſtib. n.129. Bart.tract.de teſtib.n.2.

Et ex cauſa ſpecifica inferente neceſſario vera eſſe quæ deponit teſtis. Æmil.par.3.deciſ.275.n.6.

Aliàs eneruat depoſitionem. Chaſſan. conſi.18.n.8. Nec facit iudicium.Crot.tract.de teſtib.tit.de form.in teſt.exam.n.117.

Sufficit tamen quod ratio teſtis concludat à probabiliter vel communiter accidentibus,ſaltem in iisquę directè,& immediatè percipi non poſſunt,ſecus in iis quæ per immediatum ſenſum corporis percipi poſſunt. Farin. tract. de teſtibus quæſt. 70. n.147. cum ſeqq.

Item ſufficit quod implicitè,& naturaliter,ſeu groſſo modo teſtis reddat rationem.Farin.vbi ſup. n. 149. cum ſeqq.

Non tamen videtur cauſa per teſtem reddita,ſi non eſt ſufficiens , & iuſta. Tynd. tract. de teſtibus cap.5. num.9.

Et ſi exſtaret ſtatutum quod teſtibus credatur licet, bonam rationem non reddant: ſi tamen ſufficiens & iuſta non ſit,non probant. Nell.tract.de teſtib.n.140. Barbatias tract.de teſtib.n.41.

Teſtes qui debent probare immemorabilitatem, debent reddere rationem ſui dicti concludentem, nec ſufficit quod dicant articulum eſſe verum.Aemil.part. 3.deciſ.291.n.

Ratio omnis bona argumentum dicitur. Barbat. tract.de teſtib.nu.17. Et argumentum à ſimilitudine rationis in teſte procedit.Rom.conſ.505.n.2.3.

Bona ratio teſtis validat dictum imperfectū. Tynd.

tract.de testib.cap.5.n.7. Nell.tract.de testibus.nu.136. Mala verò elidit dictum. Curtius tract. de testibus, n.84.

Testi malam rationem assignanti non creditur. Sola in constit.Sabaud.nouas.tit.de tempo.quo debit.Glo. 3.n.3.Aemil.part.3.decis.264.nu.22. Triuisan.lib.2.decis.49.n.9.Lanfranc.in sua praxi. cap.8.n.18.19.85.Rebuff.in const.Gall.tit.de inquis.art.17. Glos.vnica,n.3. Afflict.decis.361.n.17.& decis.277.n.4.

Testi rationem æquiuocam reddenti an credendum Marc.de Mant.sing.313.n.1.

An si ratio sit verisimilis arbitrator tali rationi possit credere.Francisc.Aretin.cons.61.n.2.

Effectus dicti stat in causa scientiæ,& rationis testis. Curt.tract.de testib.n.84. Et ratio limitat, modificat, & restringit dictum testis.Bald.cons.215.part.1.

Ratio qualiter à teste reddenda. Schench. tract. de testib.n.43.Bart.tract.de testib.n.85.

Non debet ratio idem esse quod dictum, sed aliud à dicto.Bald.tract.de testib.part.3.nu.9. Farin.tract.de testib.quæst.70.n.144.

Debet reddi per vnum ex quinque sensibus corporeis,Bart.tract.de testib. Tynd.tract.de testib.cap.5. n.4. Farin.loc.citat.nu.127.Et per quem sensum.Malet. tract.de testib.cap.9.nu.27. Debet reddi per sensum qui dicto congruat.Bald.tract.de testib.part.3.n.20.22. Angel.tract.de testib.n.5.Nell.tract.de testib.num.130. Et per sensum aptum rei super qua deponit.Farin.loco citat.n.128. Nell.tract.de testibus,nu.150.

An si testis dicat vinum esse dulce,& reddat causam quia bibit,probet.Bart.tract.de testib.n.15.

Si testis de eo deponat quod in sua conscientia credit, non est necesse dare rationem per sensum corporis.Farin.tract.de testib.quæst.70.n.151.

An si

An si testis dicat scio quia scio probet.Crot.tract.de testib.tit.de forma in test.exam. nu.202. Bart.tract.de testib.n.3.Ioan. de Amic.cons.33.n.8.

Non valet illa ratio scio quia ita est,Farin.vbi sup.n. 146.Ioan.de Amicis.loc.citat.Nec illa scio quia certus sum,Farin.ibid.n.162.Ioann.de Amic.cons.33.n.8. Nec illa scio quia nullus dubitat, aut omnes sciunt, Farin.ibid.nu.161. Sed si testis dicat scio pro certo quia filius est probat.Gozad.consil.13.n.38.& 50.

Quid si testis dicat scio quia præsens fui,& notarius scribat & addat prout credit an per hoc dicatur mutasse veritatem vt puniatur de falso, Castrens.cons.372. lib.II.n.4.

Testis qui dicit scio quia habeo menti probat.Bald. tract.de testib. part.3. n.18. Item si dicat scio quia habeo in meo memoriali,Nell.tract. de testib.n.142.Farin.tract.de testib.quæst.70.n.163.

Si testis in reddendo rationem dicat videtur mihi quod possedit decem annis probat. Bald. tract.de testib.part.3.n.20.

An si reddat causam per locum ab authoritate.Bald. tract.de testib.part.3. n.16.

Testis deponens super morte alicuius qualiter reddat rationem,Bart.tract.de testib.n.41.

Deponens rem esse feudalem tenetur concludentem rationem reddere quomodo sciat,vt quia sciuerit præstari seruitium personale pro ea, seu quòd interuenerit inuestituræ tempore,seu quod viderit in registro rem ipsam,aut aliter,Grammat.dec.77.n.12.

Non sufficit si testis dicat se ita pro certo credere nulla alia reddita ratione. Pinel.de rescindend. vendit. lib.2.part.3.n.12.41.42.

Testis ratio non est calumnianda, sed adiuuanda, Chassan.cons.54.n.24.

Quæ res per Testes probentur cum vel sine ratione reddita.

SECTIO 33.

ADVLTERIVM vt testis probare possit debet rationem sui dicti reddere etiam non interrogatus Farin.de testibus,quæst.70.nu.60.Marant.cons.6.n.40.

ÆQVIVOCVM à teste vt probari possit ratio reddi possit,ratio reddi debet à teste etiam non interrogato, Chass.in cons.Burgund.tit. des iustices, §.2.verb. & le preuue,n.18.Farin.loc.citat.n.44.

ÆSTIMATIO rei alicuius per testes reddita ratione probatur licet non sit interrogati, Bart.tract.de testibus, num.7. Crotus tract.de testibus, tit.form.in test. exam.n.119.Farin.ibid.n.62.Chass.loc.supr.n.18.

ÆTAS alicuius vt à teste probetur debet reddi ratio etiam interrogato, Farin. de testibus, quæst.70.n.73.cum seqq.

AMICITIA probatur per testes cum ratione etiam si de ea non interrogentur,Farin.loc.supr.n.61.Gram.n.27. dec.34.

ACTVS vt probetur non tenetur testis reddere rationem sui dicti,Farin.de testibus,quæst.70.n.112.cum seqq.

CANTVS seu quod quis bene vel male cantet, potest per testes probari etiam non reddita ratione, Farin.loc.citat.

CLERICATVS in probatione testis tenetur reddere rationem sui dicti,Farin.de testibus, quęst.70.n.73.cum seqq.

COLOR alicuius rei vt probetur testis, non tenetur reddere rationem sui dicti, Farin. de testibus, quæst.70.n.112. cum seqq.

CON-

CONDEMNATIO non poteſt probari per teſtes quin reddat rationem ſui dicti, Farin. loc.citat.nu.35. cum ſeqq.

CONFINIVM vt probetur à teſte debet reddere ſui dicti rationem, Farin.vbi ſup.n.73.cum ſeqq.

CONSANGVINITAS cum ratione dicti debet probari per teſtes, Farin.vbi ſupr.

CONSVETVDO per teſtes etiam non interrogatos de ratione probatur reddita ratione. Chaſſan.in conſ. Burg.tit.des iuſtices,§.2.verb.Et la preuue, n.54. Lud. part.2.dec.62.n.36.

CONTRACTVS per teſtes probari poteſt etiam non reddita ratione, Farin.de teſtibus, quæſt.70.n.112. cum ſeqq.

CRIMINALIA teſtis non poteſt probare quin reddat rationem ſui dicti etiam non interrogatus, Crotus tract.de teſtibus, tit.form.in teſtium exam.n.113. Montic.tract. de teſtibus, tit. impugn. teſt. quia non redd. cauſ.

DECIMÆ vt per teſtes probentur debet reddi ratio dicti, Farin.vbi ſupr.n.66.cum ſeqq.

DELICTVM quod ſit commiſſum in aliquo territorio non probatur per teſtes quin rationem dicti reddant, Farin.de teſtibus, quæſt.70.n.73.& ſeqq. Non tenetur tamen reddere rationem de delicto cadente ſub ſenſu corporis niſi agatur criminaliter, Farin.ib.n.112. cum ſeqq.

DEMENTIA vt probetur debet teſtis etiam non interrogatus reddere rationem, Farin.de teſtib. quæſt. 70.n.59.

DETERIORATIO probatur per teſtes reddentes ſui dicti rationem, Farin.loc.ſupr.n.73.cum ſeqq.

DILIGENTIA vt probetur reddi debet ratio dicti, Farin.vbi ſupr.n.66.cum ſeqq.

DOCTRINA probari per testes potest reddentes rationem scientiæ, Farin.ibid.

DOLVS à teste non rectè probatur nisi causam suæ scientiæ reddat, Farin.ib.n.73.cum seqq.

DOMINIVM vt per testes probetur ratio scientiæ reddi debet, Bart.tract.de testibus, num.5.Farin.de testibus, quæst.70. num.46. Et hoc in directo dominio verum est secus in vtili, Farin.ib.n.47.

EBRIETAS per testes non rectè probatur si causa scientiæ non reddatur, Chass.in cons.Burgund.tit.des Iustices, §.2.verb.& la preuue, n.19. Bart. vbi supr.nu.5. Farin.loc.citat.n.59.

FACTVM seu id quod immediatè sensu corporeo percipitur per testes probari potest etiam non reddita ratione, quod si simul sensu corporeo & iudicio intellectus ea percipiantur siquidem præualeat iudicium ratio reddi debet, Farin.ibid.nu.93. cum seqq. Ioan.de Amic.cons.33.n.7.

FVROR vt probetur per testes ratio reddi debet, Chass.in cons.Burg.tit.des iustices, §.2.verb.& la preuue, n.18.Farin.de testibus, quæst.70.n.59.

FAMA per testes probat reddita ratione scientiæ licet non interrogatos, Marant.cons.6.n.14.

FEVDVM reddita ratione per testes probatur, Farin.ib.n.79.cum seqq.

HABITATIO per testes probari potest modo reddatur ratio, Farin.ib.

HÆRESIS crimen vt probetur testis etiam non interrogatus rationem reddere debet, Farin.ib. Montic. tract.de testibus, tit.testes in crim.hæres.

HYPOTHECA probari per testes potest reddita dicti ratione, Farin.de testibus, quæst.70. num.43. cum seqq.

INFAMIA reddita ratione dicti probatur per testes.

Nellus

Nellus tract.de testibus,n.128. Et si testi obiiciatur infamia non est sufficiens obiectusnisi reddatur causa infamiæ Rom.consf.290.n.3.

INIMICITIA vt probetur à teste ratio depositionis reddi debet,Farin.loc.citat.n.61.Gram.dec.27.nu. 34.

INSTRVMENTVM, & eius tenor & an sit deperditum reddita ratione probatur,Farin.loc.supr.num.73. cum seqq.

INTERESSE vt probetur ratio scientiæ à teste reddi debet. Farin.de testibus, quæst.70. num.52.53.57.58.& 103.

IRACVNDIA probatur per testes rationem scientiæ reddentes,Farin.vbi supr.n.66.cum seqq.

IVS seu id quod est iuris non probatur nisi ratione scientiæ reddita,Chass.in consf.Burg.tit. des iustices, §. 2.verb.& la preuue, n.18. Et etiam deponens per verbum iuris non interrogatus debet reddere rationem, Marant.consf.48.n.9.

IVRISDICTIO probatur per testes reddentes scientiæ rationem, Farin. vbi supr. num. 66. cum seqq.

LÆSIO quando per testes probatur debet reddi causa depositionis,Gram.dec.34.n.7.

LIBERATIO vt probetur ratio scientiæ reddi debet, Farin.de testibus quæst.70.num.36. cum sequentibus.

MIRACVLVM non probatur per testes nisi reddita ratione causæ. Farin. ibid.num.66.cum sequentibus.

MORS alicuius vt probetur debet reddi ratio scientiæ à teste,Farin.ib.n.73.cum seqq.

MVTVVM formale probatur modo reddatur à teste ratio scientiæ, secus super numeratione pecuniæ.

Farin.ib.n.52.53.57.58.& 103.

NOTORIVM vt probetur teſtes debent reddere rationem ſui dicti.Chaſſ.in conſ.Burg.tit. des iuſtices §. 2.verb.2.& la preuue n.18.

NEGATIVA non probatur ſine ratione & cauſa dicti,Crotus tract.de teſtibus tit. form. in teſt. exam. num.119. Farin. de teſtibus quæſt. 70. numer.23.& 24. Niſi per intellectum facillimè poſſit apprehendi. Farin. ibid. num.26. per coarctationem ſubiecti.

NEGLIGENTIA reddita ſcientiæ ratione à teſte probatur.Farin.ibid.n.66.cum ſeqq.

OBLIGATIO non probatur per teſtes niſi rationem ſcientiæ reddant.Farin.ib.n.73. cum ſeqq.& n.35. cum ſeqq.

ODOR rei fœtidus aut bonus etiam non reddita ratione per teſtesprobari poteſt.Farin. de teſtibus quęſt. 70.n.112.cum ſeqq.

POSSESSIO vt probetur non eſt neceſſe rationem ſcientiæ reddere. Bart. tract. de teſtibus nu.9. Secus vt turbata poſſeſſio probetur. Farin.ibid. num.73. cum ſeqq.

PRÆSCRIPTIO cum redditione rationis probatur per teſtes.Farin.ibid.n.66.cum ſeqq.

QVALITAS perſonarum vt probetur debet ratio ſcientiæ reddi. Farin.loc.ſup.n.45. Et qui deponit aliquem equum eſſe calcitroſum, & fugitiuum vel quid ſimile qualiter deponere debeat circa ſcientiam. Bart. tract.de teſtibus n.103.

SOLVTIO vt per teſtes probetur, non eſt neceſſe teſtem reddere rationem ſui dicti. Farin. de teſtibus quæſt.70.n.112.cum ſeqq.

STIPVLATIO non poteſt probari niſi reddita à teſte ratione dicti.Farin.ib.n.73.cum ſeqq.

TEM-

TEMPVS quo aliquid factum est vt probetur rationem dicti à teste reddi, non est necesse. Farin. vbi supr. n. 112. cum seqq.

TERRITORIVM non nisi reddita per testes ratione probari potest. Farin. ib. n. 66. cum seqq.

VALOR per testes rationem dicti reddentes probari potest, Bart. tract. de testibus n. 7. Crotus tract. de testibus, tit. form. in test. exam. n. 119. Farin. quæst. 10. n. 62. de testibus. Pinel. de rescind. vend. lib. 2. part. 3. cap. 4. n. 11. 12. 41. 42.

VIS illata non probatur nisi à teste rationem scientiæ reddente, Farin. ib. n. 73. cum seqq.

Testis quando reddere rationem sui dicti debeat, & an ei sine ratione credatur.

SECTIO 34.

QVIBVS casibus testis teneatur reddere rationem sui dicti etiam non interrogatus. Chassan. in cõsuetud. Burgund. tit. des iustices §. 2. verbo, & la preuue. 18. Malet. tract. de testib. n. 15. Curtius, tract. de test. n. 59. Mascard. conclus. 1376. de probat. Syntag. commun. opin. loco 9. tit. 2. cap. 32. Pyn. de rescindend. vẽd. lib. 2. part. 3. cap. 4. n. 11. 41. & seq. Port. cons. 96. nu. 32. Marant. Cons. 69. n. 4. Boer. cons. 30. n. 7.

In his quæ sunt perceptibilia iudicio intellectus, & non sensu corporeo testis debet rationem sui dicti reddere etiam non interrogatus. Chassan. vbi sup. n. n. 19. Farin. de testib. quæst. 70. n. 6. Nell. tract. de testib. n. 135. Bartol. tract. de testib. n. 6. Monticell. tract. de testibus tit. impug. quia non red. caus. Marant. consil. 129. n. 11. In his quæ sine discursu, vel modico percipiuntur non est opus reddere rationem. Bart. vbi sup. Farin.

loc.citat.num.7.

Aliàs testes causam scientiæ reddere nisi interrogati fuerint non tenentur: Sola in nouas constitut. Sab. tit.de tempore quo tradi Glos. 1. nu. 3. Crot. tract.de testib.tit.form.in test.exami.n.112. Tynd.tract. de test. lib.2.cap.8.n.12.

Si testis per negligentiam partis non fuerit interrogatus, rationem reddere non tenetur,& probat, secus si per negligentiam iudicis aut suam ignorantiam Chassan.in consuetud. Burgund.titul.des Iustices §. 2. verbo, & la preuue nu.19.

Testis enim interrogandus est de ratione sui dicti Rebuff.in Constitut.tit.de inquisitionibus art.17.glos. vnic.n.17. Thom.Ferra.cautel. 42.

Et si non respondet de causa scientiæ stante statuto quod de ea interrogari debeat aliàs eius non valet depositio, an probet Nell.tract.de testib.n.139.

Quid si non fuerit de ea interrogatus Tynd.tract.de testib.cap.11.n.6. Schenc.tract. de testib.nu.99.Nellus tract.de testib.n.44.

Et si aliàs rationem reddere non teneatur, si tamen de ea interrogatus sit respondere debet. Farin. de testib.quæst.70.n.4.

Testes deponentes sine ratione tanquam pecora deponere videntur, nec faciunt iudicium, Crot. tract. de testib.tit.de form. in test.exami.n.17.

Nec probatum.quid intelligitur nisi quatenus per testes ratio dicti inuenitur,Nell. tract. de testib. num. 192.

De causa causæ si non interrogatur testis non deponit.Bart.tract.de testib.n.8.

Testis affirmans & non dans causam, si posteà causa appareat præsumitur ex illa Monticell. tract. de testib.tit.à ratione testis dictum &c.

Vtrum

Vtrum implicitè tantùm de causa interrogatus illam reddere teneatur. Farin. de testib.quæst.70.n.5.

Et qui semel reddidit causam dicti non debet vlterius interrogari, sed tantùm de circunstantiis ad veritatem inuestigandam Nell. tract. de testib. n.138.

Cùm productus est testis ad probandum aliquid ab aduersario propositum, reddere rationem tenetur. Chass.in Cõsuet. Burgund.tit.des iustices §.2.verb. & la preuue n.19.

An vbi prima vice siue causa deposuit testis, siue de ea fuerit interrogatus, siue non puniatur, Tynd. tract. de testib.n.17.cap. 11.

Et iudex debet testem de causa interrogare, aliàs tenetur parti ad interesse. Ægid.tract.de testib.num. 19. Crot.tract.de testib.tit.form.in test.exami. num. 203. Atque in eo malitia præsumitur, Nell.tract. de testib. n.137.

Nec iudex non reddentibus sui dicti rationem testibus potest credere, etiamsi ex commissione procedat de iure, & de facto nulla seruata sollennitate.Crot. tract.de testib.tit.de form.in testium examine, n.118.

Testi non reddenti rationem an credatur .Sola in nouis consuetud.Sabaud.tit.quo temp. debit. Glos. 3. n.3.Æmil.part.3.decis. 264. n. 2.Triuisan. lib.2. decis. 49.numero 9.Lanfra.in sua praxi cap. 8. numero 16. 19.85.Rebuff.in consuetud.titul. de inquisit. artic.17. Glos.vnica,num.3.Chassan.in consuetud.Burgund.tit. des iustices §. 2. verbo & la preuue num.19. Afflict. decis.361. num.17. & decis. 277. num. 4. Farin. de testib. quæst. 70. num. 4. Monticell.tract.de testib.tit. Impug.quia non red.

Testis non reddens causam scientiæ in criminalibus nihil probat, Iul.Clar.§.final.quæst.53.

An saltem testis sine ratione semiplenè probet,

vt defferri possit iuramentum in supplemẽtum. Crot. tract. de testib. tit. de forma in test.exam n.115.Farin. vbi sup.vel extenuet dictum alterius reddentis rationem.Monticel.tract.de testib.tit.de form. in test. exa. n.118.

Ratio testis est ea quæ diminuit, vel auget dictum ipsius.Marant.conf.6.n.13.

Non tamen repeti potest ob rationem non redditam.Rebuff. in cõsuetud. Parisiens. tit.de Inquisit.art. 17.Glos.vnica n.7.

Testes deponentes sine ratione an præferantur testibus deponentibus cum ratione,vid.Sect.75.

An, & quando ratio quia vicinus, vel consanguineus admittatur.

SECT. 35.

DEPONENS de vita, de moribus alicuius reddens causam quia consanguineus vel vicinus probat,Bart.tract.de testib.n.13.& 14.Bal. tract. de testib. 3.pars n.6.

Item deponens se anteà Titium cognouisse, quia erat vicinus suus contiguus probat,Bart.tract.de testi. n.45.

An super ætatè interrogatus probat si in redditione respondeat quia frater.Nell.tract.de test.n.190.Farin.tract.de testib.quæst.70.n.171.

Reddens causam scientiæ, quia sum vicinus, aut cõiunctus concludit, & bona est ratio, saltem super his quæ respiciunt iura sanguinis, quia coniunctus præsumitur scire facta coniuncti Crot. tractat.de testib. tit.quan.& quomodo test.exam. n.12.& 14.

Vicini assertioni quando stetur reddentis rationem quia vicinus id.Crot.ibid.n.15.

Proba-

Probatio & si necessariò non concludat per rationem quia vicinus, aut coniunctus præsumptiuè, tamē concludit. id. Crot. ibid. n. 16. & 108.

Imò optima est probatio si interrogatus dixit nescire ad probandum contrarium, quod sciuerit si probetur esse varius. id. Crot. ibid. n. 13.

Sententia lata per dictum testium reddentium caussam scientię, quia vicini aut coniuncti, nunquam transit in rem iudicatam. Crot. tract. de testib. tit. quand. & quom. contr. test. exam. n. 17. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 194.

An admittatur huiusmodi ratio in probatione habitationis, mortis, possessionis, vel quasi vsuræ, meretricii, hęresis, in genere ad probandum aliquem blasphematorem, aleatorem, fornicatorem, venatorē, vel prodigum. Farin. ibid. n. 170. cum seqq.

Admittitur in omni casu in quo non necessaria sed præsumptiua tantùm probatio requiritur. Farin. ibid. n. 183.

Item in ijs quæ communiter accidunt, vel à iure præsumitur, vel quando agitur de probando aliquid in genere. Farin. ibid. n. 201. 202.

Non admittitur in probatione dominij, nec alicuius actus aut contractus facti in domo vicini, vel consanguinei, nec in probatione testamenti, nec adulterij, furti, aut alterius delicti cōmissi in domo vicini, vel consanguinei doli, vel fraudis. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 180. cum seqq. & n. 203.

Sufficit ad condemnandum, donec probetur contrarium, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, saltem ad imponendum pœnam mitiorem, quia est præsumptio iuris non hominis. id. Farin. ibid. nu. 186. 188. 189. 193.

Ex hac probatione non defertur iuramentum sup-

pletiuũ, si modò deponatur super actu momentaneo vicini, secus si de actu successiuo, & frequentato. Itẽ dummodo deponatur super actu qui oculos vicini latere potest, aut super ijs quæ communiter vicinis nota non sunt. Imò nec super iis, quæ nota pariter vel ignota esse possunt, quia in his omnibus casibus huiusmodi ratio non probat. Farin. ibid. num. 196. cum seqq.

Vtrum testis ratio quia vidi, vel præsens fui probet & quando.

Sectio 36.

De Testibus de visu, & cognitione deponentibus, & de eorum depositionis validitate. Syntag. com. opin. loc. 9. tit. 2. cap. 26.

Dicens vidi Titium promittere Seio probat. Bart. tract. de testib. n. 17.

Item si quis deponens quem dominiũ adiiciat causam quia vidit illum statuto tempore quod præscripsisset probat vtile dominium, idem Bart. ibid. n. 8. & 21. Si verò dicat quia vidit tantum non probat. Nell. tract. de testib. n. 134.

Item si deponat super his quæ ita nobis communia sunt, quòd aspectu ab omnibus recognoscantur, vt in lapide, ligno, & similibus id. Barth. ibid. n. 23.

Item possessio per visum probatur. Nell. tract. de testib. n. 133.

Item deponens circa aromata, lapides pretiosos & similia sufficit quod dicat se vidisse, se scire illius esse condicionis. Bar. tract. de testib. n. 24.

Item deponens determinatè circa mensuram vini, vel olei, si dicat quia mensurauit vel mensurari vidit probat, si verò indeterminatè satis est quod dicat se vidisse

vidisse Bart.ibid.n.50.

Pondus quoque determinatè probatur per testes dicentes se ponderasse, vel vidisse ponderari, indeterminatè verò si dicat quod manibus ponderauit. Bart.16.n.49.

Itē deponens super mensura fundi, vel muri limitatè, probat si est peritus in mensura, & dicat se mensurari vidisse.Bart. tract.de testib.n.48.

Item deponens super longitudine, vel latitudine alicuius rei probat si dicat se vidisse mensurari. Bartol. tract.de testib.n.47.

Item si dicat rem magnam, vel paruam quia vidit. id.Bart.ibid.

Item si dixit quod vidit tradi decem corbes frumenti probat, secus si dicit quod videt tradi aceruum frumenti quod erat decem corbes Bart. tract. de testib. n.53.

Testis deponens se vidisse probat, licet interrogatus aliam causam non reddat. Bart. tractat.de testib. num.13.Crot.tract.de testib.tit.form.in test. exam. n. 202.

Deponens aliquem cerdonem vel artificem alicuius artis si dicat quod vidit exercere dictam artē probat,Bart.ibid. n.61.

Testis deponere debet de his quæ nouit, vidit, & interfuit. Crot. tract. de testib. pact. 9. numero 1. Tynd. tractat. de testib. parr. 3. cap. 7.num.5. Baldus tract.de testib.part.1.n.3.Nell.tract. de testibus num. 179.

Quid si deponant per sensum visus de eo quod non poterat percipi nisi per auditū, Crot.tract.de test. tit .de form.in test.exam.num.202.

Si testes examinati de percussione, vel vulnere facto inter duos rixantes, & dicunt quod

non viderint quando fuit facta percussio seu vulnus, sed viderunt eos inuicem rixantes & statim cessata rixa viderunt eum esse percussum, an probent esse vulneratum, & ex tali probatione resultet iudicium sufficiens ad condemnationem. Crot. tract. de testib. part. 9. n. 38.

Testis deponens vinum esse, quia vidit, non probat nisi dicat, & gustaui, vel odoraui, vel vidi in taberna vinaria. Bart. tract. de test. n. 34.

Ratio in teste attenditur, & non dictum, & ideo si testis dicat credo quia præsens fui, & vidi, probat. Bald. tract. de testib. par. 3. n. 1.

Testis dicens se aliquid vidisse de nocte, probat si dicat quod luna lucebat vel erāt luminaria aut magnus ignis. Bartolus tractat. de testib. num. 43. alias secus Crot. tractat. de testibus tit. form. in testib. exam. numero 176.

Testis dicens Titium fuisse qui illud fecit, quia dū se aspiceret in speculo illum vidit, non probat. Bart. tract. de testib. n. 44.

Sensus visus est generalis ad omnem sensum corporis. Bald. tract. de testib. part. 3. n. 23. & quomodo pro omni sensu corporeo accipiatur. Nell. tract. de testib. n. 131.

Visus tamen propriè est actus videntis oculo corporali, de intellectuali. Nell. tractat. de testibus num. 132.

Pronomen hic, hæc, hoc, demonstratiuum est ad oculum corporis. Nell. ibid. n. 185.

Probatio inuisibilium per quæ perspiciatur, & an requirat rationis assignationem in testis depositione. Curt. tract. de testib. n. 76.

Testes qui non dicunt se vidisse & interfuisse repro-

reprobantur. Angel. tract. de testibus num. 4. debent enim dicere se interfuisse his super quibus deponunt. Nep. à Mont. Alb. tract. de testibus numer. 109.

Titium fuisse qui aliquid fecit quomodo probetur per testes, & an sufficiat si dicant testes se vidisse. Bart. tract. de test. n. 42.

Dicens scio, quia præsens fui, vel interfui, probat, Bart. tract. de testib. n. 17. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 152.

Deponens quia præsens fui intelligitur & intelligens. Bald. tract. de testibus, part. 3. nu. 24. Bart. tract. de testibus num. 17. In statutis tamen, legibus, testamentis, vel contractibus debet præter præsentiam etiam probari intelligentia. Farin. loc. citat. numer. 157.

Dicens quem mortuum quia interfuit eius sepulturæ, licet cadauer non viderit, sed sic tunc dicebatur probat. Bart. tract. de testib. n. 39.

Ratio est eadem in dicente se non interfuisse, & dicente se nescire. Tynd. tract. de testib. lib. 2. cap. 10. nu. 18.

Testes dicendo aliquem minorem debent reddere rationem ex aspectu. Tyndar. tract. de testib. lib. 2. cap. 10. n. 18. Bald. cons. 219. part. 4.

Ratio testis quia vidit, vel tetigit est bona, etiam in iis quæ auditu, vel alio sensu percipiuntur, vel si res perciperetur per sensum multum affinem cum sensu visus; secus si non idiota fuerit, vel si ageretur de probatione eius rei quæ solo auditu percipitur. Farin. tract. de testib. quæst. 70. n. 132. & seqq.

Quòd si res sit perceptibilis per visum, & auditum, & si in aliis sensibus si duplici sensu res percipiatur per vtrumque sensum ratio reddi debet, sufficit tamen

reddere per solum visum. Farin.loc.citat. nu.136.cum seqq.

Testis dictum asserentis se recognoscere aliquem, quia illum tali tempore vidit probat. Corset. in verb. testis.19.n.1.

Testis de visu inducit semiplenam probationem, Arnul.part.3.decis.300.n.2.

Probatio plena an resultat ex vno teste oculato & duobus de visu in factis antiquis si coniungantur. Afflict.dec.83.n.8.

Testimonium testis deponentis de sua præsentia concludit, secus si de alterius præsentia. Marc.lib.1. quæst.327.n.3.

Testis deponens de visu in criminalibus facit indicium ad torturam.Chass.in consuet.Burg.tit.des iustices,§.7.verb.suffisamment preuué,n.8.

Testes qui interfuerint minis, & rixæ sunt idonei. Aemil.part.3.dec.279.n.7.

Per vnum testem de visu,& plures de fama probatur impressio, & violenta intentio. Bald. cons.160. part.4.

Testis vnus potest probare vnum de visu, nec de publica voce, & fama. Æmil.part.3. dec.300. numer.1.

Testis de auditu an probet.

SECTIO 37.

TESTIS DEPONENS aliqua vera esse quæ dici audiuit an probet.Bart.tract.de testib.nu.10. Crot. tract.de testib.pag. 9.nu.1.Malet.tract.de testib.nu.26. cap.9.Schench.tract.de testib. n.45. Afflict.decis.248. n.5. Triuisan.lib.1.decis.11.n.4.6. & decis.278.nu.2.Æmil.part.3.decis.278.n.2.& decis.167.n.3.

Quæ

Quæ requirantur vt teſtimonium de auditu validum ſit. Crot.tract.de teſtib.part.9.n.5.

Quod duodecim requiruntur quorum vno deficiente nullam fidem faciunt. Surd.deciſ.145.n.1.

In quibus ſufficiat teſtimonium de auditu, & cur. Chaſſan.conſ.54.n.18.

Teſtimonium de auditu eſt contrà, ſeu præter regulam iuris, & formã, nec dicitur propriè teſtimonium, Crot.tract.de teſtib.part.9.n.1.

Teſtis de auditu facit indicium, & præſumptionem per quam transfert onus probandi in aduerſarium. Crot.ibid.Curt.tract. de teſtib. n.68. Myſing. cent.6. obſeruat.58.n.3.Surd. deciſ.145.n.10. Benintend.deciſ. 67.n.6.8.Marſ.ſingu.87.Triuiſ.lib.1. deciſ.11.n.12.Pap. li.24.ti.9.art.6.Æmi.par.2.deciſ.266.n.4.Maran.conſ. 15.n.18.Mandell.conſi.56.n.4.& conſi.77. n.8.Gozad. conſ.13.n.35. Et facit indicium.Gozad.conſi.79.nu.11. Non tamen probat.Port.conſ.94.num.24.Guid.Pap. conſ.95.n.7.& conſi.91.nu.7.Iohan.de Amic.conſ.27. n.8.Idem de teſtimonio de auditu auditur. Caſtr.conſ. 155.lib.2.n.3.Cępoll.conſ.31.n.9. Siue de tertio, ſiue de principali. Triuiſan.lib.2.deciſ.38.n.8.Æmil.part.3.deciſ.267.n.20.

Teſtis dicens ſe ſcire id quod deponit non per tertiam ſcientiam, ſed per auditum, & famam probat. Crot.tract.de teſtib.part.9.n.2.

Teſtes plures deponentes de auditu ab vna, & eadem perſona habentur pro vno tantum teſte, quando plures ab vno cauſam habentes pro vno reputantur. Surd.deciſ.12.n.12.

Teſtes non debent deponere de auditu, ſed de ſenſu. Lud.part.2.deciſ.106.n.17.Menoc. de recup.remed.7. n.20.

Graues tantum perſonæ de auditu deponere poſ-

ſunt.Lanfran.in ſua praxi.cap.8.n.94.

Etiam ſi audiuerint intermedio pariete.Anton.Trigo.ſing.98.n.5.Farin.tract.de teſtib.quæſt.69.n.175.& ſeqq. Dummodo habeant vocem loquentis notam Cepol.Cautel.230.n.2. Fallit in teſtamento,& vltimis voluntatibus.Farin.ibid.n.185.& ſeqq.

Teſtes de auditu probant contra producentem.Triuiſan.lib.1.deciſ.49.n.38.

De admiſſione, probatione, & de teſtium auditu. Syntag.loc.9.n.2.

Quando teſtes de auditu plenè probent.Farin.tract. de teſtib.quæſt.69.n.146.

Ad hoc requiritur quod deponant, ſe ante litem admiſſos.Rom.ſing.353.n.1.

Teſtes deponētes de iudicio partium de auditu non probant.Æmil.part.3.deciſ.283.n.8.

Deponentes de auditu alieno an &quando probent. Myſing.cent.6.obſer.58.n.4. Afflict. deciſ.277.num.3. Chaſſa.conſ.54.n.36.Nepo.à Mont.Alban.tract.de teſtib.n.154.Farin.tract.de teſtib.quæſt.69.n.2. & 3.cum ſeqq.Caſtr.conſi.155.lib.2.n.3. Guid.Pap.conſ.67.n.3.

Teſtis de auditu ab aduerſariis non probat. Æmil. par.3.deciſ.264.n:8.

Adulterium probatur per teſtimonium de auditu. Schench.tract.de teſtib.n.44.Farin.tract.de teſtib.qu: 69.n.211.

Commixtio carnalis probatur per teſtem de auditu. Farin.ibid.n.197.& ſeqq.

Conſanguinitas,vel affinitas quoque. Crot.tract.de teſtib.part.9.n.1.Farin.tract. de teſtib. quæſt.69.n.66. Triuiſ. lib.1.deciſ.14.n.9.Gabr.comm.opi.concl,3.lib. 1.de teſtib. Nec ſi agatur de conſanguinitate ad affectum ſuccedendi ea omnia requirit quæ ponuntur per tex.& dd.in c.licet ext.de teſtib.Surd.deciſ.145.n.11.

Conſan-

Consanguinitatem & affinitatem, testes de auditu non probant, si sint suspecti, & infames, Farin.loc.cit. num.106.& seqq. si audierint post litem motam, ibid. num.109. Si ex vno tantum audierint, ibid.num.2. Si à quibus audierint non sunt fide digni. ibid. num.113. Si deponant odio, vel amore, ib. num. 115. Si personas & gradus non declarent, ibid. num.116. 117. Si non deponant cum iuramento, ibi.n.118. Si non dicant se credere quod audiuerint. ibid.num.119. Si de graui præiudicio agatur. ibid. num. 122. & seqq. Donum probatur per testes de auditu. Farin.ibid. num.31.

Facta antiqua, & excedentia hominum memoriam probantur per testes de auditu. Chassan.cons.15. num. 18.Crot.tract.de testib.part.9.num.1. Ceph. cons.776. lib.1.Beroius cons.98. volum.3. Triuisan. lib.1. dec.11. n.1.Capic.decis.19 n.4.Farin.tract. de testib.quæst.69. n.121.125.& seqq.Cepol.cons.11. n.7.Port.cons.39.n.8. 5.Francisc.Aret.cons.77.n.2.consi.73.n.11.& 4. Item si testis dicat se legisse in instrumentis quod ita est.Mandell.cons.6.n.7.facta tempore præstito.Farin.ibi.n.55.

Feriatio etiam probatur per testes de auditu.Farin. n.63.& seqq.

Matrimonium per testes de auditu potest probari. Triuisan.lib.1.decis.11.nu.13 Farin.loc.citat.nu.72.cum seqq.Port.cons.39.n.5.

Metus in matrimonio probatur per testem de auditu.Farin.ibid.n.67.

In solutione pensionis quantis annis probetur depositio de auditu & visu, & cuius ætatis debent esse testes.Chass.cons.18.n.9.

Parentela an hodie probari possit per auditum. Aretin.cons.37.n.3.

Valor rei an per testem de auditu probetur. Æmil. part.3.decis.264.n.6.7. & quæ res probentur per audi-

tum videbis in tract.de probatio.aliquando.

Iudicis arbitrio relinquitur quando testi de auditu credatur.Farin.n.102.172.195.215.

Testes deponentes se publicè audiuisse an probent, Port.cons.39.n.22. & à maiore parte populi, Marant. consi.69.n.3.

Testes deponentes quod audiuerint publicè dici nō probant,quia potest esse quod vnus publicè dixerit,& per relationem vnius fama non probatur.Maran.cons. 69.nu.5. & non interrogati debent deponere à quibus personis audiuerint, vt fama legitimè probetur, Port. cons.39.n.24.

Testimonium de auditu ad hoc vt valeat requiritur, quod auditum fuerit à duobus honestispersonis.Francis.Aret.cons.103.n.2.Et an sufficiat quod ab vno audiuerit,Aretin.cons.37.n.4.

Testis si dicat se audiuisse ea quæ deponit ab omnibus,& notarius scribat à pluribus an propterea sit falsarius,Cast.cons.372.lib.1.n.3.

Testis negatiua quod non potuisset id fieri quin ipse audiuisset confundit alterius dictum affirmatiuum, Mandell.cons.56.n.32.

De Confrontatione testium.

SECTIO 38.

CONFRONTATIO testium habet vim repetitionis,Triuisan.lib.2.dec.13.n.13.

Non solùm facienda est quando testes contradicūt reo, sed etiam quando eorum examen quandocunque reum officiat,Farin.tract.de testib.q.72. n.140. cū seq.

Quando fieri dicatur. Sol.in nou.const. Sabaud. tit. de reo.glos.9.n.1.& 2.

Testes confrontati cum reo, an possunt repeti cum eiusdem rei interrogatoriis,Farin.ibi.n.144.

Facta

Facta confrontatione non est necessaria alia testium repetitio, Sol. in nou. constit. Sabaud. tit. de reo. gl. 9. n. 1. & 2.

Testes in confrontatione debent iterum iurare, Farin. tract. de testib. quæst. 72. n. 148.

In facienda confrontatione quibus coniecturis veritas in examinando reo facilius, ac plenius cognosci possit, Sol. in nou. loc. citat. n. 9.

Iudex non potest ad confrontandum reum si magis expediens iudicauerit, illum repetere, Farin. loc. sup. citat. n. 142.

Reus confrontandus cum testibus, debet cum eisdem indumentis exhiberi si petatur. Sol. loc. citat. n. 4.

De iudicis, & examinatoris officio circa testes.

SECTIO 39.

TESTIS examinatio ad iudicem spectat non ad partes. Sol. in constit. Sabaud. nou. tit. de reo. gl. 1. nu. 2. Et in criminalibus coram eo debent examinari, Iul. Clarus, §. testamentum.

Iudicis officium qualiter in testibus se habeat, & quid in eis inquirat, Barbat. tract. de testib. nu. 13. Et an iudicis negligentia in non examinando testes partibus nocere debeat. Angel. tract. de testib. tit. quæst. n. 6.

Debet ex officio facere scribi dicta testium per personam, ne veritas pereat, & omnia quæ à partibus dicuntur in iudicio. Iaco. Butrig. tract. de testib. tit. quęd. form. circa n. 19.

Nam testium dicta scribi debent, aliàs sententia non valet, nec dicta per iudicem & notarium probant, Schenck. tract. de testib. n. 98. Ægid. tract. de testibus, nu. 52.

Item poteſt iudex ex officio teſtes repellere, & de teſtium conditione inquirere, Curt. tract.de teſtib.n. 46.Rebuſ.in conſtit.Gall.de reprobat.artic.5.gl.1.n.11,
Imò poteſt repellere teſtem benè probantẽ,Curt.ib. n.99.Gramm.deciſ.92.n.24. Contrà quod ſi debitam probationem non admittit punitur &facit litem ſuam in non admittendis admiſſis,Curt.tract.de teſtib.n.45. tamen ex cauſa poteſt nõ adhibere fidem clarè deponenti,Bald.tract.de teſtib.part.3.n.38.imò omnis probatio conſiſtit in arbitrio iudicis, Mandel.conſ.95.n.3. Port.conſi.39.Mand.conſi.93.n.4.& conſ.56.n.26.
Iudicis enim arbitrio committitur an fides ſit adhibenda Nell.tract.de teſtib.n.181.Bart.tract.de teſtib.n. 1.Malet.tract.de teſtib.2.part.n.4.Crot.tract.de teſtib. tit.de teſtib.in cauſ.ciuili.nu.132. Sola in nou. Sabaud. conſtitut.tit.de depoſitio.teſtium,gloſ.2.n.2.
Debet etiam examinator ſcribere quanta ſit fides teſtibus adhibenda,vt & eorum vacillationem, & verba eorum attendere,&qualitatem perſonæ,prouidere teſtibus de loci ſecuritate,dare articulos,& interrogatoria, & ſuper his examinare. Paritatem inter partes obſeruare, Monticel.in ſuo repert.de teſtib.rub. examinat.teſt.offic.
Teſtibus abſentibus, petitiſque ob id dilationibus quid faciat iudex,Monticel.ibid.
Iudex dum ſuſpicatur de falſo contrà teſtes debet eos diligenter examinare, & eos inuoluere ſi poteſt ad veritatem eruendam.Gramm.deciſ.54.n.43.Triuiſ.lib.2. deciſ.13.n.17.
Quænam præ oculis habere debent iudices, Couar. practicar.quæſt.cap.18.
An credatur notario dicenti teſtem eſſe iuratum.vide ſect.40.
Iudex debet audire qua fronte, & qua trepidatione teſtis

testis loquatur.Schenc. tract. de testib.n.90.

Item testibus non testimoniis stare debet, Tynd. de testib.lib.2.cap.1.n.5.item debet inquirere de conditione testis.Boer.cons.15.

Instantia iudici perempta an dicta testium perẽpta sint. Iacob. Butrig.de test.tit.de contr.test.n. 19. Nell. tract.de testib.n.204.nec iudicis negligentia in examinando testes,partibus nocere debet.Angel.tract.de testib.n.6.

Testis qui venit ad iudicium & iurauit sine licentia iudicis recedere non debet, & vltra quindecim dies teneri non potest.Nell.tract.de testib.n.40.

Nomina testium iudici edens an possit aliqua detrahere.Nell.tract.de testib.n.51.

Iudex,& testis regulariter æquiparantur. Bart.tract. de testib.part.2.n.22.

Iudex dat saluum conductum partibus.Nell.tract.de testib.n.37.

Iudex testium cognitionem non habens quomodo se gerat. Bart. tract. de testib.n.10.iudici an necesse sit quod pronunciet dicta testium valere. Nell. tract. de testib.n.122.

De commissione examinis, & an iudex teneatur examinare.vid.sect.40.

Commissio examinandi testes quibus, & quomodo detur.

Sectio 40.

QVando committi possit audientia testium senum,& valetudinariorum. Capic. in consuetud. Sicil.pag.107.n.2.Schenc.tract.de testib.n.11.

Et an possit committi in causa appellationis ciuilis. Capic.ibid.n.16.

Quando debeat à iudice delegari. Imper. inst. lib. 1. cap. 34. Sol. in nou. constit. Sabaud. tit. de examinat. gl. 2. n. 1. Monticel. tract. de testib. tit. test. examinat. an sit dele.

An in articulis datis ad repulsam testium. Lail. lib. 2. tit. in quib. casib. audient. test. n. 3.

Testium receptio an possit alteri committi in criminalibus. Monticell. tract. de testib. tit. test. exam. an sit delegab. Capic. dec. 90. n. 5. Farin. tract. de testibus quæst. 77. n. 196. cum seqq. Romã. sing. 397. n. 12. Angel. tract. de testib. nu. 26. Malet. tract. de testib. cap. 6. n. 51. Curt. tract. de testib. n. 60. Bald. tract. de testib. part. 2. nu. 10. Crot. tract. de test. tit. qui possint cogi. nu. 10. Nep. à Mont. Alban. tract. de testi. n. 80. Schenc. tract. de testib. n. 68.

An in ciuilibus arduis Monticel. loc. citat. Capic. vbi sup. Farin. 199. & 238. loc. citat.

An in causis matrimonialibus receptio alteri committi possit. Farin. loc. citat. n. 201. & 239. An in causis feudorum. Monticel. vbi sup.

An si testes sint impediti, vel iudex committi possit examen. Monticell. tract. de testib. tit. test. exam. an sit delegabilis. Farin. tractat. de testib. quæst. 77. nu. 181.

An si testes sint potentes, vel magna copia testium sit producenda receptio committi possit. Farin. loc. citat. n. 184. Monticel. vbi sup.

An si iudex sit suspectus vel cùm agitur de crimine per viam exceptionis, vel per inquisitionem generalem, vel quando agitur de purganda innocentia alicuius de aliquo crimine impediti, vel agitur de crimine ciuiliter, vel ita consuetudo disponit, committi causa possit, Monticell. tract. de testib. tit. test. examen an sit delegabile.

Quod

Quod non facilè, nec nisi ex causa committi debent, Farin. tract. de testib. quæst. 77. n. 192. & 193. Monticel. de testib. tit. test. examen an sit delegab.

Præsumitur iusta causa si reperitur testium commissio, vel delegatio. Capic. dec. 90. n. 6.

Quibus tam de iure ciuili, quàm Canonico committatur testium examen. Sol. in constit. Sabaud. nou. tit. de examin. glos. 2. n. 1. & glos. 1. n. 11.

Iudex cui possit committere examinationem testiū extra locum. Benintend. decis. 74. n. 1. Sol. in constitutio. Sabaud. nouas, titul. de examinatio. glos. 1. numero 10.

An iudici territorii vbi testes degunt committi possit examen. Monticel. tractat. de testib. tit. exam. test. cui sit committ. Marc. lib. 1. quæstio 137. numero 1. Et quid si causa sit ciuilis. Malet. tract. de test ib. cap. 6. num. 50. & seq. Bald. tractat. de testib. part. 2. n. 5. Quid si criminalis, Curtius tractat. de testib. numero 60.

An quando, & quibus casibus committi testium examen actuario possit. Marc. lib. 2. quæst. 228. & quæst. 786. Menoch. de recup. rem. 15. n. 350. Sola in const. Sabaud. nou. tit. de exam. test. glos. 6. n. 3. & n. 1. Farin. tract. de testib. quæst. 77. n. 180. Nell. tract. de testib. n. 52. 53.

An testes debeant examinari à iudice, non à notario, Crot. tract. de testib. tit. de form. in test. examine.

An notario etiam non habenti iurisdictionem de partium voluntate, & iudicis committi possit. Monticel. tractat. de testibus titul. examinat. test. cui sit committenda, & an possit examinare sine commissione, Crot. tractat. de testibus, titul. form. in test. examin.

An, & quando notario credatur attestanti de ipsa

commiſſione ſibi facta. Farin. tract. de teſtib. quæſt. 77. num. 185. cum ſeqq. Et an de ſua commiſſione debeat eſſe rogatus, Baldus tract. de teſtib. part. 2. n. 4.

Vni de curia quando teſtes fuerunt in ea præſentati, & iurati. Monticel. tract. de teſtib. tit. examen teſt. cui ſit committendum.

Commiſſio ſenatoria examinis non ſaluat examen nullum defectu iuriſdictionis. Vergin. de Boccat. in tract. de remiſſ. cap. 9. n. 15.

An iudex poſſit id muneris curiæ ſecretariis relinquere. Sol. in conſtit. Sabaud. nouas tit. de exam. gloſ. 6. n. 3.

Examen cum vni ex conſiliariis curiæ committitur an & quando eum conſiliarium eſſe probare teneatur Marc. lib. 2. quæſt. 600.

Audientia teſtium alicui commiſſa an poſſit per eundem alteri demandari. Capic. in conſuetud. Sicil. pag. 107. n. 18. Monticel. tract. de teſtib. tit. exam. teſt. cui ſubdeleg. poſſ. Vergin. de Bocca. tract. de remiſſionib. cap. 9. n. 4.

Officium commiſſarii in examinandis teſtibus, Rebuff. in conſuetud. Gall. tit. de inquiſit. gloſ. 1. numero 7. Poteſt eligere notarium, vel ſcribam idoneum ad acta, ſeu teſtium examinationes ſcribendas eligere. Marc. lib. 1. quæſt. 137. numero 2. & ſi examen eius culpa fuerit nullum ad quid tenebitur. Sola in conſtitut. Sabaud. nou. titul. de examinat. Gloſ. 7. n. 1.

An commiſſa examinatione ſit commiſſa poteſtas recipiendi proteſtationes ſuper probatione teſtium, & an commiſſa reprobatione ſuper principali ſit commiſſa receptio ſuper reprobatione. Monticel. tract. de teſtib. tit. examinat. teſt. offici.

An commiſſo examine teſtium ſit commiſſum examen

men reprobationis,& an commissa receptione sit cõmissa reprobatio. Monticel.loc.citat.

Quod testium examinatio possit committi de ciuitate in ciuitatem, & de prouincia in prouinciam, & etiam in eadem ciuitate, vel loco. Monticel. vbi sup.

Testium præsentium examinatio non potest per iudicem alij committi, sed per ipsum iudicem fieri debet. Nell.tract.de testib.n.32.

De publicatione testium quomodo, quando, & per quem fiat.

Sectio 41.

QVid sit. Farinac.tract. de testibus quæst. 75. numero 2.

An sit actus iudicialis. Montic. tract.de testibus tit. public.deb.depos.test. Quotuplex sit, idem Farin.ibid. n.3.

Publicari debent attestationes, Rebuff.in cons. Gall. tit.de public.attesta.art.vn.gl.1.n.1.aliàs fidem non faciunt. Crot. tract. de testib. tit. de form.in test.exam. n.7.Farin.loco supr.n.10.Schenc. de testib. n. 81. Nequidem in curia Romana, maximè in diuerso iudicio, diuersa instantia,& coram diuerso iudicio, nec in matrimonio dissoluendo nequidem semiplenè.Farin.ib. n. 11.12.16.18.

Si omittatur publicatio an iudicium valeat. Nell. tract.de testib.n.121.Socin.tract.de testib. n. 23. Montic. tract. de testib. tit.public.debent depos.test. Triuis.lib.1.dec.54.n.2.& dec.53.n.8. Sol. in nouas. tit. de public.process.n.5.& 6.

An omissio publicationis testium vitiet sententiam Rebuff.in cons.gall. tit. de public. attestationibus art. vn.gl.1.n.4.Montic.tract.de testib.tit.public. deb. de-

posit.test.

Item testes sunt semper publicati iudici, & ideò faciunt fidem coram eo licet non fuerũt publicati.Crot. tract. de testib.tit. de form. in test. exam.n.72.Farin. loc.supr.citat.n.19.

Testium publicatio non est necessaria in iudicio possessorio summarissimo. Men.de retinend. remed. vlt.n.40.

In causa quoque succedanea, & in iudice appellationis etiam non publicati probant, Farin.n.24.

Item & testes senes, valetudinarii, & alij recepti ante litem contestatam & ad perpetuam rei memoriam testes mortui,& in lõginquis partibus existentes etiam non publicati probant,id.Farin. tractat.de test. quæst.75.n.25.26.vt & de consensu partium. idem Farin.n.27.

An testis non publicatus probet,saltem in alia instantia, vel in alio iudicio, & an in causa matrimonij dissoluendi.Montic.loc.supr. tit. public. debet depos.test.

Testes in causa hæresis non sunt publicandi si timeatur potentia inquisiti. Montic. ibid. tit. test. in crim. hæresis.

Attestationum publicatio qualiter fiat, & an in scriptis redigatur. Nell.tractat. de testib.n.120.Socin. tract.de testib.n.23.Monticel.tract. de test. tit. publ. test.quomodo & quando.

An præsentia testium sit necessaria quando testes publicantur.Farin.de testibus quęst.72.n.8.Capic. in cõs. Sicil.pag.121.nu. 20. & an pars non citata possit consentire,Guid.Pap.dec.216.n.1.

Debet fieri re non verbis.Montic. loc. supr. nec inducitur ex visione exempli dictorum ipsorum testiũ, vsque adeo vt pars ipsius producere possit.Rom.sing. 32.n.

32.num.1.

An data copia ante publicationem parti per notarium habeat vim publicationis quo ad illam partem, & an si iudex dicat quod dicta testium habeantur pro apertis, & an necessariò requirat lecturam iudicis super depositionibus testium factis. Monticell. vbi supr.

Quando fiat publicatio in curia Rom. Rebuff. in cõs. Gall. tit. de public. attest. art. vnic. gl. 1. n. 5.

An lapso termino fieri possit post publicationem in causa, & an perempta instantia. Montic. de testib. tit. public. test. quom. & quand.

An absente parte. Butrig. tract. de testib. tit. qual. excep. oppon. test. n. 11. Montic. vbi supr. Capic. in cõs. Sicil. p. 121. n. 1.

An die feriato Montic. ibid. tit. public. testium varia.

Publicatio testium à quo facienda. Sol. in nouas, tit. de public. process. n. 5. & 6.

Pertinet ad iudicem coram quo causa pendet. Lud. Rot. luc. dec. 4. n. 1.

Potest fieri per ordinarium, vel delegatum successorem & subrogatum. Farin. de testib. quæst. 75. n. 21. & seqq.

Quòd si testes fuerint publicati coram illo iudice à quo fuerunt examinati, non potest alius iudex illis publicare ad hoc vt probent. Farinac. loc. citat. numero 14.

An possit fieri per alium quàm per eum qui examinauit. Montic. tract. de testib. tit. public. test. quomodo & quando.

An ad instantiam partis vtriusque vel alterius tantum vel tertii pro suo interesse, hæredis scripti non possidentis legatarij fieri posse. Montic. tract. de testib. tit. public. test. sit parte citat.

gati etiam publicatis attestationibus. Malet.tract. de testib.cap.8.n.14.Montic.cit.

An pars post publicationem possit aliquas interrogationes facere à testibus partis aduersæ, per quas aliquid probet.Iacob. Butrig.tract.de testib.tit.qual.except.oppon.testib.n.21.

Publicatis attestationibus testes non recipiuntur, nisi simul cum testibus instrumentum producatur, quia instrumenti productio tollit omnem subornationis præsumptionem.Surd.dec.153.n.22.nisi testes essent viles.Montic.tract.de testib.ti.testes product.public.attest.vel nisi ad probādā exceptionem si terminus statutus ad probandum sit lapsus.Nell. tract. de testibus n.128. Vel nisi testis sit probatæ fidei.Crot.tract.de testib.in ti.de form.in test.exam.n.56.& 154.

Item si testes sunt ritè recepti, sed non ritè publicati, & pars quæ vult producere testes non didicit testificata ad nouam productionem aliorum testium admittitur, etiam super eisdem articulis,& directò contrariis. Socin.tract.de testi.n.33.34.35.36.Farin.vbi supra n.99. Item si nulliter sunt recepti quamuis ad instantiā producentis fuerint publicati. Crot. tract. de testib.titul. forma in testium examine n.55.

Idem si ritè recepti non sunt, id.Farin.n.98.vel nulliter recepti Castr.consil.96.l.1.n.4.Afflict.dec.33. n.4. & quando dicantur non ritè recepti. Castrens.cons. 291. lib.1. Quid si attestationes sint nulliter sumptæ, Guid.Pap.cons.116.n.1.

Potest quoque iudex ex officio recipere testes in causa post aperturam testium etiam ad coadiuuandum accusationem.Nel.tract.de testib.n.49.Crot. tract. de testibus ibid.tit.de form.in test.exam.n.450.Vel ex alia iusta causa,Guid.dec.153.n.24.

Sed an testes recepti post publicatas attestationes

vbi non essent recipiendi proberit. Socinus tract. de testib.n.188.

Probatio per instrumentum admittitur etiam post publicatas attestationes.Ioan.de Amic.consf.117.n.11.

Productus quoque ante publicationem potest examinari post eam.Surd.dec.153.n.21.

Item potest examinari non obstante publicatione vi clausulæ sola facti veritate inspecta. Cacher.dec.1.n.27.

Quid si dilatio fuerit concessa ad probādum,& probatum habendum an post publicationes possit examinari.Sol. in nou. constit.Sabaud.tit.de public.process. gl.2.n.2.

An possunt examinari testes post publicationem super titulo, aut possessione quando in primis articulis fuit articulata præscriptio,& contrà,Farin.tract. de testib.quæst.75.n.342.Malet.tract.de testib.cap. 7.n.128.

Quid si in articulis actor opposuit clausulam solitam apponi, scilicet non abstringens se ad probandum nisi ad ea quæ ad fundamentum suæ intentionis sufficiunt. Malet.tract.de testibus cap.7.n.130.

In causa matrimoniali admittuntur testes post publicationem,Crot.tract.de testib.tit. de forma in test.exim.n.52.Farin.vbi supr.n.383.cum seqq. vbi aliàs verteretur periculum animæ. Montic.cit. Et in omnibus casibus in quibus sententia in rem vindicatam non transit.Malet.tract.de testib.ca.7.n.131.

An possint examinari post publicationem indiscretam factāmve inscia, absente, inuita, ac protestante parte,Farin. loc.citat.n.375.cum seqq.

An post publicationem factam in prima instantia possunt examinari, an causa appellationis.Farin.tract. de testib.quæst.75.n.302.cum seqq. præsertim super antiquis capitulis.Ioan.de Amic.consf.111.n. 7. vel si sit

examini-

examinatus in summario iudicio possit examinari in ordinario. Castr. cons. 3. lib. 2. n. 3.

An super nouis eiusdem causæ articulis, & quando. Marsil. sing. 23. n. 1. & 2. Montic. loc. sup. citat. Socin. tra. de testib. n. 63. & 64. Farin. tract. de testib. quæst. 75. n. 77. Montic. in d. ti. testes prod. publi. attest. Guid. Pap. cons. 100. n. 1. Castr. cons. 191. lib. 1. n. 1.

Dummodò noui non sint comprehensi sub antiquis. Ioan. de Amic. cons. 117. n. 3.

An super antiquis, & super eo super quo iam testificati sunt. Malet. de testib. cap. 8. n. 15. Farin. de testib. quęst. 76. n. 72. Nepos. à Monte Alb. tract. de testib. n. 114. Montic. in suo repert. de testib. tit. testes prod. public. attest. Quare hoc fiat. Socin. ibid. n. 19. & 24.

An super articulis directò, vel indirectò contrariis, Montic. ibid. Malet. cap. 7. n. 108. Socin. tract. de testib. n. 29. 83. 84. 91. Item si agatur de probando per indirectum quod prius fuerat iam probatum. Surd. dec. 126. n. 7. & 14. Et an super aliis diuersis inclusis, tamen sub primis de necessitate. Farin. ibid. n. 91. Socin. de testib. n. 65.

Probare per testes post publicationem in causa non licet contraria articulis partis aduersæ. Afflict. dec. 33. n. 2.

Non solum testium publicatio impedit partē principalem in productione aliorum testium, sed etiam illius hæredem, & successorem, cui tamē succurritur per viam restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ, Farin. n. 94. 95.

An, & quando maiori, minori, mulieri, rustico, ecclesiæ, reip. & fisco restitutio concedatur ad examinandū testes post publicationem. Farin. n. 432. cum seqq.

Minor an ex legitima causa restituatur ad producendum de nouo testes, publicatis attestationibus. Soc.

de teſtibus n.126. Crot.tract. de teſtibus tit.form. in teſt.exam.n.38.

Non tamen publicatio impedit ſucceſſorem in diuerſa inſtantia,aut diuerſo iudicio,niſi inſtantię eſſent ita diuerſæ, vt exceptio rei iudicatę in vno non obſtet in alio,ſecus ſi cōtra,Farin.ibid.n.102.103.106.107.109.

Neque ſi in ſecunda inſtantia eſſent perſonæ diuerſæ,vel cauſæ,vel aliud petitur.Farin.ibid.n.105.

Vt neque in præparatoriis impedit alios teſtes examinari in cauſa principali etiam ſuper iiſdem articulis, Farin.n.108.

An coram diuerſis iudicibus,Farin.ibi.n.116.117.118.

Quibus in iudiciis & caſibus publicatio teſtium aliorum examinationem,&receptionem non impediat Farin.n.119.cum ſeqq.vſque ad finem tituli.

Variæ practicæ ſuper teſtium examinatione, & eorum productione poſt publicationem, Affl. .. c 33. & 216.

An pro intereſſe tertij,Montic.tit.teſt.prod.public. atteſt.

An vbicunque fertur ſententia per præpoſitos in arte quæ nunquam tranſit in rem iudicatam , Montic.ibid.Malet.tract.de teſtib.cap.7.n.132.

An litigatorum conſenſu ad corroborationem priorum atteſtationum & declarationem retro agitatorum,Montic.loc.ſupr.cit.

An ad corroborationem teſtium reprobatorum, Ioan.de Amic.con.117.n.7.& 9.

An ſuper contradictione partis, vel ſuper contractu contrario die,& loco teſtes publicatis atteſtationibus produci poſſint,Montic.tract.de teſtib.tit. producuntur teſtes public.atteſt.

An valeat conſuetudo quod teſtes poſſint produci publicatis atteſtationibus,Montic. loc.citat.Malet tra. de te-

de testib.cap.7.n.110.Crot.tract.de testib.tit. de for.in testium exam.n.191.

In causa venditionis super causa principali, si detur articulus deceptionis vltra dimidiam iusti precij,an testes produci possint post publicatas attestationes, & an super exceptione peremptoria,Montic.loc.citat.

Probatio per testes post publicatum processum bis tantum fieri potest,Montic.vbi supra.

Per rescriptum seu iussionem principis non possunt amplius produci publicatis attestationibus,Soci.tract. de testib.n.118.

Testes producti,& publicati quorũ dicta sunt amissa an possint iterum reproduci,Butrig.tract.de testib. tit.quales except.oppon.test.n.15.

Testes possunt post publicationem in criminalib. examinari,siue iudex procedat ex officio,& per inquisitionem sine accusatore, siue procedat ad instantiam promotoris inquisitionis,etiam in processu accusationis,Farin.tract.de testib.quæst 75.n.407.cum seqq.

Id quoque locum habet ad defensionem rei etiam ad instantiam partis si agatur de pœna corporali,secus si de pecuniaria,non tamen ad offensam,& instantiam partis,nisi testes reciperentur super diuersis, & nouis iudiciis,& capitulis,Farin.vbi supr.n.419.cum seqq.

Nec recipiuntur testes post publicationem in criminalibus quando iudex procedit existente aliquo sponte se auferente ad instigandam inquisitionem, vel deputato à parte, nisi inuestigator dedisset querelam ante inquisitionem propter quam iudex cepit inquirere, Farin.loc.citat.n.426.

Tum demum iudex admittit testes post publicationem in criminalibus si certus sit nullam subesse subornationem, Farin.tract.de testibus quæst.75.n.429.

An post didicita testimonia recipiãtur,vide Sect.43.

Testes an post didicita testificata produci, recipi, vel examinari possint, & quando dicantur didicita testificata.

SECTIO 43.

COGNITIS testificatis testes nõ recipiuntur, Tyndar.tra.4.de testib.3.part.principali:ca.1.n.10. Farin.tract.de testibus, quæst.73.n.34. Ne quidem de voluntate partium, Nell.tract.de testib.n.126.

Nec faciunt præsumptionem testes post didicita testificata, Rom. sing. 754.n.1. Argid.tract.de test.n.40. Crot.tract.de test.tit.de form.in test.exam.n.60. Saltẽ super iisdem articulis, secus super aliis, Nell.tract.de testibus n.124. Socin.tract.de testib.n.45. Butrig. tract. de testib.tit.quæd.form.circ.test.n.3. Et an super nouis. Socin.ibid.n.63. vide sectio.25.

Nec recipiuntur testes post didicita testificata, siue quis per se, siue per alium didicerit, & siue sua, siue partis aduersæ testificata didicerit, Farin.loc.citat n. 86. & 89. Montic.tract.de testibus, tit.test.produc.post didic. testific.

Nec super articulis directò contrariis testes recipiũtur post didicita. Farin.tract.de testi.quæst.75.n.34.68. 69.& seqq. Port.com.opin.lib.1.cõclus.39. Montic.loc. citat. Socin.tract.de testib.n.45.& an super articulis indirectò contrariis, & quando probatio indirecta esse dicatur, Socin.ibid.n.91.

Quibus casibus post didicita testificata testes possint produci, Nell.tract.de testib.n.123.

An in causis summariis, Ioan.de Amic.cons.117.n.6.

An in causa matrimoniali, Marsil. singul. 128. n.1. Marc.lib.2.quæst.752. Montic. tract. de testib. tit.test. produc.post.

An

An in causa feudali, vel quando, deperditę sunt attestationes, aut super accidentalibus non expressis, & negotio de nouo emergente, Montic.loc. citat.

An ad concomitantiam scripturæ, Afflict. dec. 33.n. 4. Montic.tract.de testib.tit.test,produc.post didic.testific.

An ad corroborandum testes post didicita testificata alij recipiantur, Butrig.tract.de testibus, tit. qual. excep.oppon.test.n. 18. & an reprobandum dicta & personas testium, Montic.tract.de testib.ti.test.produc. post.

An coram arbitris testes produci possint post didicita testificata, Montic.loc.citat.

An in causa inquisitionis, Nell.tract. de testib. n.49. Et quid si testes primo inducti dixerunt, vel scire, vel non recordari, Nell.ibid.n.127.

Quid si pars didicisset testificata nõ ab omnibus, sed ab aliquibus ex multis examinatis, an testes non possint amplius recipi, Farin.tract.de test.quęst.75.n.39. Socin. tract.de testib.n.54. Et quid si à notario. Montic. tract. de testib.tit.testes producuntur post didic.testific. Socin.vbi supr.n.58.

Quid sit testes qui retulerunt testificata sint docti, multùm amici, fideles, veridici, vel agatur de negocio quod non requirit magnum discursum, an testes possint recipi, Farin.vbi supr.n.40.

Quid si quis didicerit testificata dolo partis aduersæ, Farin.loc.citat.n.145.

Productus ante publicationem potest examinari postquam pars testificata didicit. Surd.dec.153.n.21.

An si testes recepti, & publicati, legitimè non sint post didicita testificata possint produci, Montic. tract. de testib.tit.test.produc.post.didic.testifi.Socin. tract. de testib.n.29.

Mulier,& rusticus an admittantur ad producendum denuo testes didicitis testificatis, Socin. vbi supr.num. 124.

Per rescriptum,seu iussionem principis non possunt amplius testes produci didicitis testificatis.Socin.tract. de testib.n.118.

Scientia sola testificatorum etiam ante publicationẽ an excludat quẽ à potestate producendorum testium, Socin.tract.de testib.n.46.

Iudex inquirẽs,& promotor inquisitus quo suam iniuriam,vel interesse non prosequitur post didicita testificata potest testes producere,Nell.tract .de testibus n.45.

Testificata didicisse quando quis dicatur,Lanfran.in sua praxi.cap.8.n.33.

Quando quis dicatur ex seipso didicisse,Socin.tract. de testib.n. 51.

Didicisse testificata quis dicitur quando perfectè didicit cum plenariè regit attestationes,& potius deliberare,secus si transitoriè,Malet.tract.de testibus ca. 7. n. 133.Montic.tit. testes produc. post didic. testifi. Etiam si legerit apud notarium,&penes se nõ habuerit.Farin. tract.de testib.quæst.75.n.52.54.

Item si illa subtràxerit,vel aliàs penes se sigillatę reperiantur , dummodò essent originalia attestationum , vel copiæ scriptę manu notarij , secus si ab alio notario,vel alia persona,item secus si pars probaret se non legisse,nec vidisse quod satis probatum est,si attestationes penes partem clausę reperiantur,Farin.vbi supr. n.55.& seqq.Montic.loc.citat.

Item censetur pars didicisse testificata,si perfectè testium examini pręsens fuerit , & in eo loco vnde omnia posset audire,Montic.tract.de test.tit. test. produc. post didicit.testific. Dummodò examen fiat vulgari sermo-

ſermone.Farin.tract.de teſtibus quæſt.75.n 63.& ſeqq.

Item ſi pars ſit docta, & agatur de modico diſcurſu perceptibili,Farin.loc.citato.quæſt.75.n.66.

Item ſi pars audiuerit teſtificata à notario, iudice, vel extranea perſona(niſi eſſet ſuus aduocatus vel procurator) vel ipſo teſte poſt depoſitionem ſecus ante, vel ſi coram iudice.Farin.loc.citat.n. 35.38.41. & ſeqq. Socin.tract.de teſtibus.n.58.& ſeqq.

Qui percunctatus eſt originale, teſtes percunctatus dicitur,Monticel.tract.de teſtib. tit. teſt. produc. poſt didicit.teſtific.

Practica ad probandam teſtificatorum ſcientiam. Socin.tract.de teſtibus 61.62.Montic.loc.citat.

An variata inſtantia teſtes noui poſſunt produci ſuper nouis articulis, antiquis, vel directò contrariis, & an omiſſi, vel ſuſpecti in prima, poſſint produci in ſecunda.

Sectio 44.

Instantia variata de vna cauſa ad aliam ſeu de vna iuſtancia ad aliam an poſſunt teſtes produci atteſtationibus didicitis, & publicatis ſuper iiſdem articulis.Socin.tract.de teſtibus n.131.

Quid ſi variata ſit inſtantia de principali ad reſtitutionem in integrum.Socin.tract.de teſtib.9.n. 116. Vel variata ſit de vna ad quaſi pœnitentialem. Montic. tract.de teſtib.tit.produc.teſt.quomodo vel variata ſit de nulla ad aliquam facta publicatione.Montic.ibid.

An teſtes poſſint produci inſtantia variata de cauſa principali ad nullitatem ſuper antiquis articulis.Socin. tract.de teſtib.n.112.Monticell.loc.citat.& tit. produc.

test.caus.appellat.

An variata instantia de causa principali ad causam appellationis, vel an testes publicati in causa denunciationis possunt produci super iisdem articulis in causa appellationis. Socin. tract. de testib. n. 92. Montic. tract. de testib. tit. produc. test. in caus. appellat.

An post didicita testificata super iisdem articulis aut directò contrariis in causa appellationis, Montic. loc. citat. Et quod si publicatio facta non est, aut testificata non didicita, Socin. tract. de testib. n. 108.

An super articulis directò contrariis, vel indirectò testes, produci possint. Quibus probatis reprobatio attestationũ sequitur, Maler. tract. de testib. cap. 7. n. 114.

An super articulis super quibus in principali publicatio facta est testes produci possint in alia instantia, Montic. tract. de testib. tit. product. test. in caus. appell. Et quid si variatus sit modus agendi, Montic. ibid. tit. product. test. quomod. &c.

Testes producti in vna instantia quorum dicta non sunt publicata vel perperam, an valeant in alia instantia inter easdem personas, Signor. de Homod. caus. 20. n. 2.

An producti in possessorio super iisdem articulis, vel directò contrariis valeant, Montic. tract. de testib. tit. produc. test. quomod. produc. &c.

An post didicita testificata testes noui, & veteres super nouis capitalis tantùm produci possint, & quid si noui primi iurauerint super tota causa. Quid si producti in causa principali, vel non potuerunt produci in principali causa. Montic. tract. de testibus, tit. produc. test. in caus. appell.

An post sententiam ad perficiendam probationem non perfectam in causa principali produci testes possint, Et vtrum in exceptione ad liquidationem sententiæ quando dubitaretur de corpore. Montic. vbi supr.

Quid

Quid si in causa principali nulli sint producti testes, vel ad alium finem in causa appellationis, quàm in causa principali. Montic.tract.de testib.tit.produc.test.in caus.appell.& tit.test.impugn.quia ad alium finem.

An ad confirmationem, vel infirmationem testificatorum didicitorum testes in alia instantia produci possint, & an qui dixit se nihil scire in causa principali possit dicere veritatem in causa appellationis. Item an suspectus in principali sit suspectus in appellatione. Montic.tract.de testib.tit.produc.test.in caus.appellat.

Testis qui in vna causa testificatus est an possit iterum produci. Malet.tract.de testib.cap.2.n.15.

Testes recepti, vel producti in vna instantia, an fidem faciant in alia, & quid si recepti in instantia de iudice ad arbitrum variata. Socin.tract.de testib.n.132.

An contra ipsummet producentem in alia instantia testes fidem faciant. Nell.tract.de testib.n.205.

Testes examinati, & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter easdem partes. Crot.tract. de testibus, tit. de form.in test.exam.n.73. Tynd.tract. de testib. part. 3.princip. cap.1.n.4. Montic.tract.de testib. rubr. imp. testes quia in alia causa vel instantia, & quid inter diuersas personas, Tyndar.vbi supr.n.5. Montic.loc.citat.

An testes examinati in alio iudicio saltem faciant semiplenam fidem contra alium. Tyndar.tract.de testib. lib.2.cap.5. Montic.tracta. de testib. tit. impugnantur testes quia in alia causa vel instantia &c.

Attestationibus receptis in vno iudicio etiam legitimè publicatis in alia quacumque instantia, & coram quocumque iudice inter easdem personas, & ad eundem finem standum est. Socin.tracta.de testib.nu.115.

Ad hoc tamen vt fidem faciant in alio iudicio inter easdem personas oportet quod reproducantur. Crotus tracta.de testib.tit.de form. in testium examine, n. 76.

Itẽ quod causa nõ sit omnino diuersa,Crot.ib.n. 77.

An requiratur quod testes sint publicati, Crot. ibid. n.79.Montic.tracta. de testib. tit. productio testium quomodo product.&c.

An recepti ad excipiendum valeant ad agendum, Nell.tracta.de testib.n.205.Montic.tract.de testib.tit. impugnan.test.quia ad alium finem.

Examinatus in loco vbi quis passus fuit casum,facit fidem alibi.Nell.tract.de testib.nu.227.

Probationes factæ in iudicio summario nullam faciunt fidem in plenario,Tyndar.tract.de testib. part.3. princ.cap.1.nu.2.Crot.tracta.de test. tit. de for. in test. exam.n.75.Mont.tract.de test.tit.imp.test. quia in alia causa.

Facta in causa ciuili,vel super crimine ciuiliter intentato non faciunt fidem in causa criminali,Crot.tra. de testib.tit.de testib.in caus.crimin.nu.34.Montic.tract. de testib.tit.product. test.quom.product.&tit.impug. test.quia in alia causa vel instantia product.etiam inter easdem personas.Crot.ib.tit.de for. in test.exam.n.79.

An testes in causa criminali perempta probent in alia iterum mota,Mont.tract.de testib.tit. impugn.test. quia in alia caus.

An receptus coram arbitro, vel arbitratore probet coram iudice ordinario,& An receptus coram executore litterarum apostolicarum , vel coram bonis viris probet coram iudice,Montic.loc.cita.

An examinatus per laicum in causa ecclesiastica fidẽ faciat coram iudice ecclesiastico, & an recepti ad simplicem informationem probet in processu, Mont. tra. de test.tit.imp.testes quia in alia causa instantia &c.

An examinati ad inquirendum probent ad condemnandum & an condemnatus pro priuato,probet pro fisco,Montic.loc.cita.

Exa-

Examinatus in causa generali an probet in speciali Montic.vbi.s.

Testes an, & quando possint repeti publicatis, vel didicitis testimonijs.

Sectio 45.

De testivm examinatione, & repetitione tam ciuiliter quàm criminaliter agendo, Syntag.com. opin.loc.9.tit.2.cap.5. An testes recollendi sint. Ioan. Gall.quęst.194. Et an ex interuallo. Gabriel.com. opi. concl.28.lib.7.de criminalib.

Testes quando sunt contrarij & obscuri possunt repeti à iudice vt declarent suum dictum. Crot. tract.de testib.tit. de form. in test.exam.n.155. Malet. tract.de test.c.7.n.95. Nepos à Mont.alb.tr.de test.n.45. Mont. tract.de testib.tit.test.repet.quib.cas.fiat

Item quandocumque vult iudex, Tynd.tract.de test. cap.4.n.6. Et an possint iterum produci si pars requisiuit vt infra tempus testificarentur Butrig. tract. de testib.tit.excep.oppon.testib.n.13.

Sed an contra producentem interpretari debeat. Nepos à Mont.alb.tract.de testib.n.35.

Si culpa partis obscurè testes deposuerint, non possint repeti, vt si pars obscurum articulum fecerit. Farin. tract.de test.quæst. 66.n.267. Quod si culpa Iudicis rectè examinati non fuerint publicato processu possunt iterum examinari. Nell.tract.de test. n.125. Vt si Iudex omisit examinare testes super substantialibus. Bald.tra. de testib.part.3. n. 42. Vt quia in libello fit mentio de præscriptione, & de tali in qua requiritur titulus possunt testes repeti ad instantiam partis ad deponendũ super substantialibus omissis. Malet. tract. de testibus cap.8.n.24.

An testes post publicationem possint repeti. Ioan. Gall.quæst.288. Pap.lib.9.tit.1.arrest.5. Bald. cons. 152.

part.1.Montic.tra.de teſt.tit.repet. teſt.quib.caſib.fiat. Non poſſunt repeti ad partis inſtãtiã,etiã ad effectũ declarandi ſuã dubiã depoſitionẽ,præſertim quãdo teſtis culpa partis obſcurè depoſuit.Farin.tract.de teſt. quæ. 66.n.155.& ſeqq.Nec admittitur repetitio quando declaratio non benè conſonat,Farin.ibid.n.269.

An ſi poſt publicationem Iudex cognouit teſtes malè depoſuiſſe an poſſit iterũ examinare,&punire.Butr. tract.de teſtib.tit.quæd.for.circ.n.8. An verò ſtare debeat contentis primo dicto.Tynd.tra.de teſt.c.9.n.15.

Quibus caſibus poſſit Iudex teſtes repetere.Tynd. ibid.Schench.tract.de teſtib.n.106.

Poſſunt repeti teſtes quando primo inter alias perſonas fuerunt recepti, quia ſicut ſententia inter alios lata non habet obſtare, ita etiã nec publicatio. Male. tract. de teſtib.cap.8.n.21.

Teſtes vt reddant rationem ſui dicti poſſunt etiã repeti.Montic.tract.de teſt.tit.repet.teſt.quib.caſib.fiat. Tynd.tra.de te.cap.4.n.6.Etiã facta publicatione atteſtationum,Farin.tract.de teſt.quæſt.66. n. 276. Idque ad inſtantiam partis contra quam ſunt producti,Farin. loc.citat.n.279.Iul.Clar §.final.quæſt.45.

Si teſtes non reperiantur interrogati de omnib usin terrogationibus factis & approbatis an iterũ debeãt in terrogari.Butrig.tra.de teſt.Et qual.excep.oppon.teſt. n.12.& 18.Guid.Pap.dec.124.n.71.Far.tr.de teſt.quæſt. 66.n.286.Montic.tra.de teſt.tit.teſt.rep.quib.cauſ.fiat.

An ſi teſtis interrogatus quidem fuit ſed non plenè reſpondit poſſit teſtis repeti , vt ſi omiſit non ſubſtantialia.Farin.tra.de teſtib.quæſt.66.n.286.& ſeqq.

Si nulla data ſint capitula , vel ſi interrogatoria ſint omiſſa ex certa cauſa poſſunt iterum teſtes repeti. Malet.tract.de teſtib.cap.8.n.23.

Nõ poteſt in eadem cauſa nec ſuper eodem articulo teſtis ſecundo deponere.Nep.àMont.alb.tract.de teſt.

n.152.Montic. tit.de test.tit.repet.test.quib.casib.fiat.

Et qui semel declarauit suum dictum obscurum non potest illud iterato declarare.Bald.tract.de testib.part. 3.n.44.Farin.tract.de testib.quæst.66.n.215.

Potest tamen testis se incontinenti repetere corrigendo.Malet.tract.de testib.cap.8. n.16. Imò etiam ex interuallo si notæ sit fidei, & authoritatis, & potest sponte ire ad declarandam suam depositionem obscuram, dummodo iuret se cum parte non esse locutum. Farin.tract.de testib.quæst.66.n.260.& seqq.

Testes regulariter repeti non possunt, nisi vtraque pars consentiat,& instandum est per partem quæ non vult testes repeti,vt attestationes publicentur super his capitulis super quibus producti sunt, Malet. tract. de testib.cap.8.n.22.

Qua cautela testes secundo deponere possint. Boer. dec.108.n.9.

Ex integro testes audiuntur ante prouisionem: Reb. in consuet.Gall.tit.de sentēt.art.1.gloss.4.n.6.& examinati ad informationē si non fuerint repetiti parte citata non probant,nec faciunt iudicium.Marant.cons.18.

An post didicita testificata testes possunt repeti: Guid.Pap.dec.71.n.24.& dec.72.n.3.

Examinatus in causa hæresis, & si nihil dixerit de nouo potest examinari,& depositio tenet, Triuis. lib. 2.dec.28.n.12.

An anquesta facta de testibus absfuturis si sint viuentes,possunt iterum examinari.Ioan.Gall.quæst.50.

